




**Catechesis siue brevis institutio christianæ doctrinæ quo modo illa in ecclesijs & scholis Palatinatus tum electoralis tum ducalis traditur, : vna? cum ceremonijs ecclesiasticis ... Item. ; Responsio ad quorundam theologorum censuram de testimoniis ex sacris litteris adductis et in margine catecheseos Heydelbergensis notatis ; Responsio & quaestiones sex de coena interrogationibus oppositae ; Articuli in quibus Evangelicae ecclesiae de negotio coena consentiunt vel dissentiunt**

<https://hdl.handle.net/1874/416638>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>


**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

E. oct.

161






241

P  
Catherine  
Hyndel  
Helm











Augustinus libro 10 confessionum cap 3 ait  
Quid mihi nū ista herba, ut audiat con-  
fessiones meas quasi xpi sanatus sum meos  
Languores, curiosa gēny ad cognoscēda vita  
aliena. Desiderosa ad corrigēda sua. Quid  
a me querent audire qui sum, qui a te dicit  
audire, scit qui sum. Et bene scit quoniam  
a me ipse de me ipso audire, an bene dicam.  
cu hoc dicit Augustinus episcopi Chrysostomi  
homilia in psalmos 59 12 de laqueo hominū  
¶ Augustinus sermo 15 de brabe aposto. 7









CATECHESIS

siue

BREVIS INSTITVTIO CHRISTIANAE DOCTRINAE QVOMODO illa in Ecclesijs & Scholis Palatinatus tum Electoralis tum ducalis traditur, vnà cum ceremonijs Ecclesiasticis, precationibus, plenisque ac integris testimonijs sacrae scripturae, ad quem modum antea & capita & versiculi in margine numeris tantum consignati fuere.

I T E M.

*Responsio ad quorundam Theologorum censuram de testimonijs ex sacris litteris adductis & in margine Catecheseos Heydelbergensis notatis.*

I T E M.

*Responsio & quaestiones sex de coena interrogationibus oppositae.*

I T E M.

*Articuli, in quibus Evangelica Ecclesia de negotio Coena consentiunt & dissentiunt.*

CONSCRIPTI

à

D. ZACHARIA VRSINO.

Typis Matthaei Harnisch.

*ex dono Bucher*



*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*

v  
s  
t  
a  
n  
c  
&  
a  
C

ADMONITIO DE  
CAVSSIS HVIVS  
*impressionis.*



Non omnium res ferunt, occupationum ratione & temporis, dicta scripturæ in Catechesi adducta & in margine notata in biblijs sacris quærere ac describere. Atque hoc ipsum, quàm molestum sit & laboriosum ijs notum est qui huius rei periculum fecerunt. Præterea facile fieri potest vt inter describendum error aliquis admittatur, præsertim in numeris: vt tamen ab omnibus melius intelligeretur, quæ sint singularum quæstionum & responsionũ fundamenta, vtque in Ecclesijs & Scholis docerent, dicta scripturæ plena & integra adducerent, sibi que nota & familiaria redderent, cauerentque ne diuersa vel aliena aut fortè ad rem non pertinentia inculcarent, consultum visum est Catechesin nostram, cum testimonijs verbi diuini, quemadmodum antea & capita & versiculi in margine, numeris tantum, præsertim in Latino exemplari, consignati fuere, imprimi, addita necessaria & vtili responsione ad quandam falso ita appellatam censuram, qua affirmatur in Catechesi multa perperam esse adducta & á



re aliena, quæ calumnia non tantum solide  
refutatur, verumetiam multæ quæstiones  
Catecheseos paucis & rotundis verbis de-  
claratæ confirmantur, vt de nomine Chri-  
stianorum, de condemnatione filij Dei sub  
Pontio Pilato, de ascensione & sessione ad  
dextram potentia Dei, de Sacramentis, de  
pœnitentia, de iureiurando, de oratione, &  
de alijs, quæ in libro cui titulus est *gründt-  
licher bericht* / & in defensione Catechismi  
verbosè explicantur. Responsio ad interro-  
gationes quasdam de cœna, nec non quæ-  
stiones interrogationibus illis oppositæ eò  
spectant vt demonstretur vociferationis *τὸ  
εὐ αὐτῶν* vanitas, impedimenta simplicio-  
ribus obijciens, quo minus verum sensum  
assequi possint. Atque hunc laborem opti-  
mo consilio susceptum Lector Chri-  
stianus in bonam partem acci-  
piet sibiq; commenda-  
tum habebit.

FRIDE-

FRIDERICVS DEI

3

GRATIA PALATINVS RHE-

ni, ac Sacri Imperij Romani Elector, Dux

Bauariæ, &c. omnibus quibus commif-

sa est cura Ecclesiarum & Schola-

rum, quæ sunt in Palati-

natu, S. D.



**P**ostquam, quid nostri sit muneris, ex  
verbo DEI, atq; ex natura ipsa co-  
gnouimus, nosq; in eo, ipsi potissimum  
qui id nobis imposuit, Deo Opt. Max.  
parere oportere: statuimus vt nihil esset, in quo tam  
in vniuersa vita laboraremus, quam vt & nostræ cō-  
scientiæ satisfacere, & nostrorum salutis, quan-  
tum in nobis esset, consuleremus.

Cum autem non satis esse existimarem, nos  
ita consilio & ratione iustitiam administrare, vt no-  
stra fidei commissi populi, ius & honestatem colen-  
tes, placidè tranquilleq; viuerent, nisi eò etiam per-  
ducerentur, vt Deum creatorem suum ac redempto-  
rem ex verbo ipsius rectè cognoscerent: (nam id vni-  
cum est firmum fundamentum cum cæterarum vir-  
tutum, tum vel maximè omnis obedientiæ & veræ  
erga Deum pietatis) cœpimus toto animo de ista re  
cogitare, nihil cupientes prætermittere, quod ad eam  
beatitudinem, tum parandam, tum conseruandam

pertineret. Et si autem & ab ijs, qui nos proximè ante-  
 cefferunt, cognatis nostris Palatinis ac Electoribus  
 (quorum memoriam cum amore & reuerentia v-  
 surpamus) varia vtiliter & piè instituta sunt, ad  
 gloriam Dei illustrandam, & populum in officio re-  
 tinendum: tamen vt ipsi in principio gubernationis  
 nostræ experti sumus, non ea adhibita est diligentia  
 in illis exequendis, & ad vtilitatem publicam ac-  
 commodandis, quàm par fuerit in re tanta adhibe-  
 ri. Quocirca minimè mirum est, si ij, qui sperati  
 erant fructus percipi non potuerunt. His rebus per-  
 moti sumus, vt non solum, quæ ab ipsis rectè instituta  
 essent, reuocaremus ac restitueremus: verùm etiam,  
 vt quæ minùs firma essent, fulciremus: quæ verò cor-  
 rupta & deprauata essent, ea emendaremus & cor-  
 rigeremus, lacebant Scholæ, tenera iuuentus negli-  
 gebatur, nulla erat in religione Christiana certa &  
 consentiens institutio. Itaq; vel malè, vel ad nullam  
 certam normam, sed ad cuiusq; arbitrium iuuentus  
 erudiebatur, vel omninò non informabatur, sed rudis  
 prorsus & impolita relinquebatur. Ex quo, prob do-  
 lor, cum alia infinita mala extiterunt, tū illud in-  
 primis, vt aut vera religione non instructi, aut varijs  
 erroribus implicati, aut non necessarijs questionibus  
 onerati infeliciter cum summa inscitia adoluerent.  
 Cùm has tantas calamitates intueremur, & id quo  
 res est cogitaremus, videlicet nec Ecclesiam, nec Rem  
 publi

publicam, atq; a deo ne familias quidem constitui,  
nec vllum honestati aut discipline inter ciues locum  
esse posse, nisi rudis iuuentus à primis annis, vna &  
consentienti voce ad veram sinceramq; religionem  
instrueretur, assidueq; in ea exercitaretur: rei neces-  
sitas fecit, vt huic malo, qua possemus ratione, quam  
celerrimè occurreremus: ne in hac non postrema  
nostri muneris parte, debitum officium meritò à  
nobis desiderari possit. Quapropter Theologis no-  
stris, & quibus in nostra ditione precipua Ecclesia-  
rum cura est commendata, negotium dedimus, vt  
Catechesin religionis Christianae, ex verbo Dei,  
Germanicè & Latinè conscriberent, quò in po-  
sterum non iuuentuti solum rectius prospiciatur:  
sed quò concionatores etiam & ludimagistri, cer-  
tam habeant & definitam formam, ad quam iuuen-  
tutem in templis & scholis informant, ne pro suo ar-  
bitrio noua subinde instituant aut ea tradant quae  
verbo Dei non sint cõsentanea. Vestrum nunc portò  
erit, cum ob gloriam Dei, tum ob vestram, eorúmq;  
qui & nostra & vestra si dei concrediti sunt, salutem,  
hanc Catechesin grato animo excipere, eam pueris,  
cum in Scholis, tum in Ecclesijs proponere, eorúmq;  
auribus & animis assidue ac diligenter inculcare,  
quò eam vita & factis paulatim exprimere assue-  
scant. Quod si à vobis, vt & fides vestra & munus di-  
uinitus impositum postulat, praestitum fuerit: optimam  
spem habemus fore, vt Deus Optimus Maximus pro-



pter Christum nostri misertus, pœnas quas meriti su-  
 mus remittat, & pro paterna sua bonitate vestros  
 labores secundet: totiq; regioni bene faciat. Quod vt  
 ab eo toto pectore contendimus, ita vos etiam atque  
 etiam monemus, vt nostram de vobis spem  
 magis magisq; confirmare & au-  
 gere studeatis.

CATE-





C A T E C H E S I S  
 RELIGIONIS CHRIS-  
 T I A N A E.

I.

*Quæ est vnica tua consolatio  
 in vita & in morte?*

Quòd animo pa-  
 riter & corpore *a*, si-  
 ue viam siue mori-  
 ar *b*, non meus, sed fi-  
 dissimi Domini ac  
 seruatoris mei Iesu  
 Christi sum proprius  
*c*, qui precioso san-  
 guine suo, pro omni  
 bus peccatis meis  
 plenissimè satisfaci-  
 ens *d*, me ab omni  
 potestate Diaboli li-  
 berauit *e*, mèque ita  
 conseruat *f*, vt sine  
 voluntate patris mei  
 cœlestis, ne pilus qui  
 dem de meo capite  
 possit cadere *g*: imò

*a* 1, Corinth 6. *Dominica*

versu 19, An igno-  
 ratis corpus ve-  
 strum esse templū  
 Spiritus sancti,  
 qui est in vobis,  
 quam habetis à  
 Deo, neque estis  
 vestri iuris? Nam  
 emti estis precio:  
 Glorificate igitur  
 Deum in corpore  
 vestro & in Spiri-  
 tu vestro, quæ  
 sunt Dei.

1. Thessal. 5. v. 9.  
 & 10. Nam non  
 constituit nos De-  
 us ad iram, sed ad  
 salutem obtinen-  
 dā per Dominum  
 nostrum Iesum  
 Christū, Qui mor-  
 tuus est pro no-  
 bis: vt siue vigile-

verò etiam omnia salutis meae seruire oporteat *b*: Quocirca

me quoque suo Spiritu de vita æterna certum facit, utque ipsi deinceps viam promptum ac paratum reddit *k*.

mus siue dormiamus, simul cum eo viuamus,

*b* Rom. 14. ver. 7. 8. 9. Nullus enim nostrum sibi ipsi viuit, & nullus sibi ipsi moritur. Nam siue uiuimus: Domino viuimus: siue mor-

rimur: Domino morimur. Siue igitur uiuamus, siue moriamur, Domini sumus. Ad hoc enim Christus & mortuus est & resurrexit & reuixit, ut & mortuis ac uiuentibus dominetur.

*c*, 1. Corinth. 3. v. 22 Siue Paulus, siue Apollus, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue presentia, siue futura, omnia, inquam, uestra sunt: vos autem Christi: Christus uerò Dei.

*d*, 1. Pet. 1. v. 18: Ut qui sciatis vos non caducis rebus, auro vel argento, fuisse redemptos ex uana uestra cōuersatione, ex patrum traditionibus accepta: sed precioso sanguine utpote agni immaculati & incontaminati nempe Christi.

1. Ioh. 1. v. 7. Quod si in luce incedimus sicut

et ipse est in luce, cōmunionem habemus cum eo mutuam, & sanguis Iesu Christi Filij eius purgat nos ab omni peccato.

1. Ioh. 2. v. 1. Filioli mei, hæc scribo vobis, ne peccetis. Quod si quis peccarit, advocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum. Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris: nec pro nostris solū, sed etiam pro totius mundi peccatis,

e. 1. Ioh. 3. v. 8. Qui committit peccatum ex Diabolo est: quoniam à principio Diabolus peccat. Ad hoc patefactus est Filius Dei, vt dissoluat opera Diaboli.

Hebr. 2. v. 14. Quoniam igitur pueri participes sunt carnis & sanguinis, ipse quoque consimiliter particeps factus est eorundem, vt per mortem aboleret eum qui mortis imperium habet, hoc est, diabolum: Et liberos redderet quotquot metu mortis per omnē vitam obnoxij erant seruituti.

f. Ioh. 6. v. 38. Quia descendi è cœlo, vt faciam non voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Hæc est autem voluntas eius qui misit me, id est, patris, vt quicquid mihi dederit, non perdam ex eo, sed suscitarem illud in vltimo illo die. Hæc est autem voluntas eius qui misit me, vt omnis qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam

vitam æternam : Ego verò suscitabo illum  
ultimo illo die.

Ioh. 10. v. 27. Oves meæ vocem meam au-  
diunt, & ego eas agnosco, & sequuntur me: Et  
ego vitam æternam do eis : nec peribunt in  
æternum, neque rapiet eas quisquã è manu  
mea. Pater meus, qui eas dedit mihi, maior  
omnibus est: neque quisquam potest eas ra-  
pere è manu patris mei. Ego & pater vnum  
sumus.

g Matth. 10. v. 29. Nonne duo passeruli  
assario vaneunt, & vnus ex illis non cadet  
humi sine patre vestro? Vestri verò etiam  
capilli capitis omnes numerati sunt. Ne igi-  
tur timete: vos multis passerulis præstatis.

Luc. 21. v. 18. Et eritis exosi omnibus pro-  
pter nomen meum. Sed pilus capitis vestri  
non peribit.

h Rom. 8. v. 28. Nouimus autem ijs, qui  
diligunt Deum, omnia simul conferre ad  
bonum, ijs, videlicet, qui ex proposito ipsius  
vocati sunt.

i 2. Corinth. 1. v. 21. Porrò qui nos confir-  
mat vobiscum in Christum, & qui vnxit  
nos, Deus est. Qui etiam obsignauit nos, de-  
ditque arrhabonem spiritus in cordibus  
nostris.

2. Cor. 5. v. 5. Porrò Deus is est, qui nos ad  
hoc ipsum condidit, qui etiam dedit nobis  
arrhabonem Spiritus. Eph.



Ephes. 1. v. 13. In quo ( Christo ) sperastis & vos audito sermone veritatis, id est, Evangelio salutis vestræ: in quo etiã posteaquam credidistis, obsignati estis spiritu illo promissionis sancto: qui est arrhabo hæreditatis nostræ, dum in libertatem vindicemur, ad laudem gloriæ ipsius.

Rom. 8. v. 15. Non enim accepistis Spiritũ seruitutis rursus ad metum, sed accepistis spiritum adoptionis, per quem clamamus Abba, id est, pater. Qui ipse spiritus testatur vnà cum spiritu nostro, nos esse filios Dei.

¶ Rom. 8. v. 14. Quotquot enim spiritu Dei ducuntur, ij sunt filij Dei.

¶ i i.

*Quot sunt tibi scitu necessarii aut ista consolatione fruentis, beatè viuas ac moriatis?*

Tria a. Primum, quanta sit peccati mei & miseræ meæ magnitudo b. Secundum, quo pacto ab omni peccato & miseria liberer c. Tertium, quam gratiam

a Luc. 24. v. 40.

Ita scriptum est, & ita oportuit Christum pati, & resurgere à mortuis tertio die: & prædicari in ipsius nomine resipiscentiã & remissionem peccatorum apud omnes gentes, incipiendo ab Hierusalem.

1. Corin. 6. v. 11.

Et



Deo pro ea liberati. Et hæc eratis nõ-  
one debeant. nulli : sed abluti  
estis, sed sanctifi-

cati estis sed iustificati estis in nomine Do-  
mini Iesu, & per spiritum Dei nostri.

Tit. 3. v. 3. Nam eramus quondam & nos  
amentes, rebelles, errantes, seruientes cupi-  
ditatibus ac voluptatibus varijs, in malitia  
& inuidia degentes, odiosi, alij alios odio  
prosequentes. Sed postquam bonitas & erga  
homines amor apparuit seruatoris nostri  
Dei, Non ex operibus iustis quæ fecerimus  
nos, sed ex sua misericordia seruauit nos per  
lauacrum regenerationis & renouationem  
Spiritus sancti: Quem effudit in nos copio-  
sè per Iesum Christum seruatorem nostrum:  
Ut iustificati ipsius gratia hæredes efficere-  
mur secundum spem vitæ æternæ.

b Ioh. 9. v. 4. Si cæci essetis, non haberetis  
peccatum: nunc verò dicitis, videmus: itaq;  
peccatum vestrum manet.

Rom. 3. v. 10. Non est iustus, ne vnus qui-  
dem: non est qui intelligat, non est qui ex-  
quirat Deum. Omnes deflexerunt, simul  
inutiles facti sunt: non est qui faciat quod  
bonum est, non est vsque ad vnum. Sepul-  
chrum apertum est guttur eorum: linguis  
suis ad dolum vsi sunt: venenum aspidum  
sub labijs eorum. Quorum os diris & ama-  
rulentia

rulentia plenum est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio & calamitas in vijs eorum. Et viam pacis non cognouerunt. Nō est timor Dei coram oculis eorum.

*c* Ioh. 17. v. 3. Hæc est autem vita æterna, vt te solum cognoscant esse verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.

*d* Ephes. 5. v. 8. Eratis enim olim tenebræ, nunc autem lux in Domino: vt filij lucis incedite: (Nam fructus spiritus situs est, in omni bonitate & iustitia & veritate) probantes quid sit acceptum Domino. Et non commercium habete cum operibus illis in frugiferis tenebrarum, sed potius etiam arguite.

Psal. 116. v. 12. Quid reddam Iehouæ pro omnibus beneficijs eius, quæ cōtulit in me? Calicem salutem accipiam, & nomen Iehouæ inuocabo. Vota mea Iehouæ reddam nunc coram omni populo eius.

Psal. 50 v. 14. Immola Deo laudem, & redde Altissimo vota tua: Et inuoca me in die angustiarum: erua me, & honorificabis me.

1. Pet. 2. v. 9. 10. 11. 12. Vos autem, genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus quem sibi Deus vt proprium vendicat, vt virtutes prædicetis illius, qui vos vocauit è tenebris in lucem suam admirabilem

lem. Qui quondam eratis non populus; nunc estis populus D E I, qui non consecuti misericordiam, nunc estis misericordiam consecuti.

Rom. 6. v. 11. Ita etiam vos colligite, vos ipsos tùm mortuos esse peccato, tùm verò viuere Deo per Christum Iesum Dominum nostrum. Ne regnet igitur peccatū in mortali corpore vestro, vt obediatis peccato in cupiditatibus corporis: Neque sistite vestra membra arma iniustitiæ peccato: sed sistite vos Deo, vt ex mortuis viuos, & membra vestra arma iustitiæ Deo. Peccatum enim vobis nō dominabitur: Non enim estis sub lege, sed sub gratia.

Matth. 5. v. 16. Ita splendeat lux vestra coram hominibus, vt videāt vestra bona opera, glorificentque patrem vestrum qui est in cœlis.

2. Timoth. 2. v. 15. Stude te ipsum probatum sistere Deo, operarium qui non erubescat, & qui rectè sermonē veritatis fecerit. Profanos autem de rebus inanibus clamores cohibe: ad maiorem enim procedent impietatem.

15

PRIMA PARS DE HO-  
*minis miseria.*

III.

Vnde tuam miseriam co-  
gnoscis?

Ex lege Dei a.

a Rom. 3, v. 20. *Dominica*  
Propterea ex ope 2.  
ribus legis nulla  
caro iustificabitur  
in cōspectu eius.  
Per legem enim  
agnitio peccati.

IIII.

Quid à nobis postulas  
lex Dei?

Id docet nos Chri-  
stus summatim, Mat  
thēi. 22. *Diliges Domi-  
num Deum tuum, ex  
toto corde tuo, ex tota  
anima tua, & tota co-  
gitatione tua, & a ex  
omnibus viribus tuis. Istud est primum &  
maximum mandatum. Secundum autem  
simile est huic: Diliges proximum tuum si-  
cut te ipsum. Ab istis duobus mandatis tota  
lex & Prophetæ pendent.*

a Luc. 10. v. 27.  
Diliges Dominū  
Deum tuum ex  
toto corde tuo, &  
ex tota anima tu-  
a: & ex totis vi-  
ribus tuis, & ex  
tota cogitatione  
tua: & proximum  
tuum vt te ipsum.



v.

Num hæc omnia perfectè  
seruare potes?

Minimè *a*: Natura  
enim propensus sum  
ad odium Dei & pro-  
ximi, *b*.

non est qui faciat quod bonum est, non est  
vsque ad vnum.

Rom. 3. v. 23. Non est enim distinctio.  
Omnes enim peccauerunt ac deficiuntur  
gloria Dei.

1. Iohan. 1. v. 8. Si dixerimus nos peccatum  
nō habere, nos ipsos fallimus, & veritas non  
est in nobis.

1. Ioh. 1. v. 10. Si dixerimus nos non peccas-  
se, mendacem facimus eum, & sermo eius  
non est in nobis.

*b* Rom. 8. v. 7. Propterea quòd intelligen-  
tia carnis inimicitia est aduersus Deum. Le-  
gi enim Dei non subijcitur: nam ne potest  
quidem.

Eph. 2. v. 3. Inter quos & nos omnes cōuer-  
sati sumus olim in cupiditatibus carnis no-  
stræ, facientes quæ carni ac cogitationibus  
libebant: eramusque natura filij iræ, vt et-  
iam reliqui.

Titum. 3. v. 3. Nam eramus quondam &  
nos

*a* Rom. 3. v. 10.

Non est iustus, ne  
vnus quidem: nō  
est qui intelligat,  
non est qui exqui-  
rat Deū. Omnes  
deflexerūt, simul  
inutiles facti sūt:



nos amantes, rebelles, errantes, seruientes cupiditatibus & voluptatibus varijs, in malitia & inuidia degentes, odiosi, alij alios odio prosequentes.

## VI.

Num ergo Deus hominem  
ita prauum & peruer-  
sum condidit?

Nequaquam *a*: Imò  
verò bonū & ad ima-  
ginem sui condidit  
eum *b*, hoc est, vera  
iustitia & sanctitate  
præditum, vt Deum  
creatorem suum re-  
ctè cognosceret, ex  
animo diligeret, cū  
eo beatus in æternū  
viueret, idq; ad eum  
laudandum & cele-  
brandum *c*.

us: hominē ad imaginem suam, ad imaginē  
Dei creauit illum, masculum & fœminam  
creauit illos.

Coloss. 3. v. 9. Ne mentiamini alius aduer-  
sus alium, cum exueritis veterem illum ho-

*a* Genes. 1. v. 31. *Dominica*  
Viditque Deus o-  
mne quod fece-  
rat & ecce bonum  
erat valdè. *3\**

*b* Gen. 1. v. 26. 27.  
Dixit autē Deus,  
Faciamus homi-  
nem ad imaginē  
nostram, secundū  
similitudinē no-  
stram, & dominē-  
tur piscibus ma-  
ris, ac volatilibus  
cœli, atque iumē-  
tis, & toti terræ, o-  
mniq; reptili re-  
ptanti super terrā  
Creauit itaq; De-

minē cum factis ipsius: & indueritis nouū illum, qui renouatur in agnitionē congruentem imagini eius qui ipsum condidit.

Ephes. 4. v. 24. Et induere nouum illum hominem, qui secundum Deum conditus est: ad iustitiam & sanctimoniam veram.

c 2. Corinth. 3. v. 18. Nos autem omnes re-  
recta facie gloriam Domini vt in speculo in-  
tuentes, in eandē imaginē transformamur  
ex gloria in gloriam, sicut à Domini spiritu.

## VII.

*Vnde igitur existit hæc na-  
tura humane prauitas?*

Ex lapsu & in obe-  
dientia primorū pa-  
rentum Adami & E-  
uæ a: Hinc natura no-  
stra ita est deprauata,  
vt omnes in peccatis  
concipiamur & na-  
scamur, b.

Rom. 5. v. 18. 19. Nempe igitur sicut per  
vnam offensam reatus venit in omnes ho-  
mines ad condemnationem: Ita per vnam  
iustificationem beneficium redundauit in  
omnes homines ad iustificationem vitæ. Si-  
cut

4 Genes. 3. Lege  
totū illud caput.

Rom. 5. vers. 12.

Propterea sicut  
per vnum homi-  
nem peccatum in  
mundū introijt,  
& per peccatum  
mors: & ita in o-  
mnes homines  
mors transijt, in  
quo omnes pec-  
carunt.

cut enim per inobedientiam vnus hominis peccatores constituti sunt multi, ita per vnus obedientiã iusti constituentur multi.

*b* Psal. 51. v. 7. Ecce, in iniquitate genitus sum, & in peccato calefacta est de me mater mea.

Genes. 5. v. 3. Vixit autem Adam triginta & centum annos: genuitque ad similitudinem suam, ad imaginem suam filium, & vocauit nomen eius Seth.

## VIII.

*An verò adeo corrupti sumus, vt ad benè agendū prorsus non simus idonei, & ad omne vitium procliues?*

Certè, *a*: Nisi per spiritum sanctum regeneremur *b*.

Iob. 14. v. 4. Quis dabit mundum ex immundo? ne vnus quidem.

Iob. 15. v. 14. Quid est homo, vt mundus sit, & vt iustificetur natus ex muliere? Ecce in sanctis suis nō posuit stabilitatem, & cœli non sunt mundi in oculis eius. Quanto magis abominabilis & cōtemtibilis homo bibens vt aquam, *iniustitiam iniquitatem?*

*a* Genes. 6. v. 5. *Dominica*

Viditque Iehoua quod multa esset malitia hominū in terra, quodque omnis imaginatio cogitationum cordis eorum tantūmodo esset malum omni die.

Item. v. 35. Nam conceperunt afflictionem, & pepererunt iniquitatem, atque venter eorum præparat fraudem.

Iesa. 53. v. 6. Omnes nos sicut oves errauimus, vnusquisque ad viam suam declinauit, & Iehouah conuertit in illum iniquitates omnium nostrum.

b. Ioh. 3. v. 5. Amen, amen dico tibi, Nisi quis fuerit genitus ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum Dei.

## IX.

*An non igitur Deus homini iniuriam facit, qui ab eo in lege sua flagitat, que præstare non queat?*

Minimè a: Nam Deus hominē talem condiderat, vt ea præstare posset: Verūm homo, impulsore diabolo b, sua ipsius cōtumacia, se & omnē posteritatem diuinis illis donis orbaui.

b Rom. 5. v. 12. Propterea sicut per vnum homi-

a Eph. 4. v. 24.

Et induere nouū illum hominem qui secundum Deum conditus est ad iustitiā & sanctimoniam veram.

Luc. 10. ver. 30.

Quidam descendebat ab Hierusalem in Iericho, & incidit in latrones, qui expoliato eo, & plagis impositis abierunt, eo se minecerelicto.



hominē peccatum introijt in mundum, ac per peccatum mors: Ita in omnes mors trā-  
sijt, in quo omnes peccarunt.

x.

*Num Deus hanc contumaci-  
am & defectionem hominis  
dimittit impunitam?*

Imò verò horren-  
dis modis irascitur a,  
tùm ob innata nobis  
peccata, tùm ob ea,  
quæ ipsi committi-  
mus, eaquæ iustissi-  
mo iudicio præsen-  
tibus & æternis sup-  
plicijs punit, quem-  
admodum ipse pro-  
nunciat: *Maledictus  
omnis qui non perma-  
net in omnibus qua scri-  
pta sunt in libro legis,  
ut ea faciat b.*

ipsum expectant ad salutem.

*b* Deut. 27. v. 26. Maledictus qui non sta-

a Rom. 5. v. 12.

Propterea sicut per vnum homi-  
nem peccatum in mundum intro-  
ijt, ac per pecca-  
tum mors: ita in omnes mors tran-  
sijt, in quo omnes peccarunt.

Heb. 9. v. 27. Et sicut statutum il-  
lud est hominib. vt semel morian-  
tur, postea verò iudicium: Ita & Christus semel ob-  
latus est vt multo-  
rum peccata tol-  
leret, altera vice absq; peccato con-  
spicietur ijs qui



tuerit verba legis istius, faciendo illa, & dicet  
vniuersus populus, Amen.

*b* Gal. 3. v. 10. Nam quotquot ex operibus  
legis sunt, sub execratione sunt. Scriptum  
est enim, Execrabilis quisquis non manse-  
rit in omnibus quæ scripta sunt in libro le-  
gis, vt ea faciat.

XI.

*An non igitur Deus etiam est  
misericors?*

Est ille quidem mi-  
sericors, *a*, verum ita  
vt etiam sit iustus *b*,  
Quapropter postu-  
lat eius iustitia, quod  
aduersus summam  
Dei maiestatem cõ-  
missum est, id quo-  
que vt summis, hoc  
est, sempiternis cum  
animi tum corporis  
supplicijs luatur.

quitatem patrum super filios, & super filios  
filiorum, super tertiam & quartam genera-  
tionem.

*a* Exod. 34. v. 6.

Et transiens Ieho-  
uah ante eum cla-  
mauit, (Moses) Ie-  
houah, Iehouah,  
fortis & miseri-  
cors & miserator,  
tardus ad iram, &  
multus misericor-  
dia & veritate, ser-  
uans misericordi-  
am millibus, au-  
ferens iniquita-  
tem & præuarica-  
tionem, & pecca-  
tum, & qui absol-  
uendo non absol-  
uat, visitans ini-

*b* Exod.

*b* Exod. 20. v. 5. Ego enim Ichouah Deus tuus, Deus Zelotes, visitans iniquitatem patrum super filios, in tertiam & quartam generationem odio habentibus me, Et faciens misericordiam millibus diligentibus me, & custodientibus præcepta mea.

Psalm. 5. v. 5. Quia non Deus volens impietatem es: non habitabit iuxta te malus. Non stabunt stulti coram oculis tuis: odisti omnes operantes iniquitatē. Perdes loquentes mendacium: virum sanguinolentum & fraudulentum abominatur Ichouah.

2. Corinth. 6. v. 14. Ne impari iugo copulemini cum infidelibus: Quod enim confortium iustitiæ cum iniustitia? & quæ communicatio luci cum tenebris? Et quæ concordia Christo cum Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? Et quæ consensio templo DEI cum simulacris.

SECUNDA PARS DE  
*liberatione hominis.*

XII.

*Dominica*  
*5.*

*Quoniam igitur iusto Dei iudicio, temporalibus & æternis pœnis obnoxij sumus: estne reliqua vlla ratio aut via, qua his pœnis liberemur & Deo reconciliemur?*

Vult Deus iustitiæ suæ satisfieri *a*: Quocirca necesse est, vel per nos, vel per aliū satisfaciamus *b*.

*b* Rom. 8. v. 3. Quum enim legis impotentia nihil posset in carne, Deus suo ipsius Filio misso, conformato carni peccato obnoxiiæ, idque pro peccato, condemnauit peccatum in carne. Ut illud ius legis compleatur in nobis, qui non secundum carnem incedimus, sed secundum spiritum.

*a* Exod. 20. v. 5. Ego enim Iehouah Deus tuus, Deus Zelotes, visitans iniquitatē patrum super filios, in tertiam & quartam generationem odio habentibus me.

Exod. 23. v. 7. A sermone falso recedes, neque innocentem & iustum occides: quia

non iustificabo impium.

*Possis-*

## XIII.

*Possumus ne ipsi per nos  
satisfacere?*

Nulla ex parte: Quin  
etiã debitum in sin-  
gulos dies augemus,  
a.

Iob. 15. v. 15. Ecce in sanctis suis non posu-  
it stabilitatem, & cœli non sunt mundi in  
oculis eius: Quantò magis abominabilis &  
contemptibilis homo bibens iniquitatem si-  
cut aquam?

Matth. 6. v. 12. Et remitte nobis debita no-  
stra, sicut & nos remittimus debitoribus  
nostris,

## XIIII.

*Potest ne vlla creaturarum,  
in cœlo vel in terra, quæ tan-  
tùm creatura sit, pro no-  
bis satisfacere?*

Nulla: Nam prin-  
cipiò non vult Deus,  
quod homo pecca-  
uit, id in vlla alia cre-  
atura plectere, a. De-

a. Iob. 9. v. 2. 3.

Verè scio quòd ita  
est, & quomodo  
iustificabit se ho-  
mo cum Deo? Si  
velit contendere  
cum eo, non re-  
spondebit ei ad  
vnum ex mille.

a. Heb. 2. ver. 14.

Quoniam igitur  
pueri participes  
sunt carnis & san-  
guinis, ipse quo-  
que consimiliter  
particeps factus  
est eorundem, vt  
per mortem abo-  
leret eũ, qui mor-  
tis imperium ha-  
bet, hoc est diabo-  
lum.



inde, nec potest quidem, quod nihil nisi creatura sit, iram Dei aduersus peccatum sustinere, & alios ab ea liberare *b.*

lū. Et liberos redderet quotquot metu mortis per omnē vitā obnoxij erāt seruituti: Non enim videlicet angelos assum-

fit, sed semen Abrahæ assumfit. Vnde debuit per omnia fratribus similis fieri, vt misericors esset & fidelis pontifex in ijs quæ apud Deum agenda forent, ad expiandum peccata populi. Nam ex eo, quod perpeffus fuit, quum tentatus est: potest & ijs qui tentantur succurrere.

Pfalm. 103. v. 3. Si iniquitates obseruaeris ô Iehouah, Domine quis stabit?

*b.* Iob. 4. v. 18. Ecce in seruis suis non posuit stabilitatem, nec in angelis suis posuit lumen: Quantò magis in ijs qui habitant domos luteas, quorum est in terra fundamentum, & quos conterent donec fuerit Arcturus.

Iob. 15. v. 15. Ecce in sanctis suis non posuit stabilitatem, & cœli non sunt mundi in oculis eius: quantò magis abominabilis & contemptibilis homo bibens vt aquam, iniquitatem.

Iob. 25. v. 5. En vsque ad lunam non lucebit, & stellæ non sunt mundæ in oculis eius: quan-



quantò magis homo vermis, & filius hominis vermis?

XV.

*Qualis ergo querendus est  
Mediator & liberator?*

Qui verus quidem homo sit, ac perfectè iustus *a*, & tamen omnibus creaturis potentior, hoc est, qui simul etiam sit verus Deus *b*.

1. Corinth. 15. v. 25. Nam oportet eum regnare, vsque quo omnes inimicos subiecerit pedibus eius. Vltimus autem hostis aboletur mors.

Ierem. 23. v. 6. In diebus eius saluus erit Iudah, & Israel habitabit confidenter: Et hoc est nomen eius, quod vocabunt *eum*, Iehouah iustus noster.

Iesa. 53. v. 11. Propter laborem animæ suæ videbit fructum quo saturabitur: scientia sui iustificabit seruus meus iustus multos, & iniquitates ipsorum ipse portabit.

2. Corin, 5. v. 14. Charitas enim illa Christi constringit nos: vt qui hoc statuerimus, si

*a* 1. Corinth. 15. ver. 21. Quia enim per hominè mors per hominè quoque resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adâ omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur.

vnus pro omnibus mortuus fuit, nempe omnes fuisse mortuos, & illum pro omnibus mortuum esse, vt qui viuunt, posthac non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.

Hebr. 7. v. 5. *Idq;* etiam magis patet ex eo, quod ad instar Melchisedec exoritur sacerdos alius, Qui non ex lege, cuius mandatum fit carnale, factus est sacerdos, sed ex vi in dissolubilis vitæ. Testificatur enim ad hunc modum: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec.

Iesai. 7. ver. 14. Ideo Deus dabit ipse vobis signum, Ecce virgo erit prægnans, & pariens filium: & vocabit nomen eius Immanuel.

Rom. 8. v. 3. Cum enim legis impotentia nihil posset in carne, Deus suo ipsius filio misso, conformato carni peccato obnoxia, idque pro peccato, condemnauit peccatum in carne. Vt illud ius legis compleatur in nobis, qui non secundum carnem incedimus, sed secundum spiritum.

*b* Rom. 5. v. 10. Propterea sicut per vnum hominem peccatum introijt in mundum, ac per peccatum mors: Et ita in omnes homines mors transijt, in quo omnes peccarunt.

Rom. 5. ver. 17. Etenim si per vnam offensam mors regnavit per vnum, multò magis ij qui redundantè illam gratiam & donum iustitiæ accipiunt, in vita regnabunt per vnum Iesum Christum.

1. Pet. 3. ver. 18. Nam & Christus semel pro peccatis passus fuit, iustus pro iniustis: vt nos ad Deum adduceret, mortificatus quidem carne, viuificatus autem Spiritu.

XVI.

*Cur necesse est eum verum hominem, & quidem perfectè iustum esse?*

Quia iustitia Dei postulat, vt eadem natura humana, quæ peccauit, ipsa pro peccato dependat *a*:

Qui verò ipse peccator esset, pro alijs dependere nõ posset, *b*.

rem, & veluti absconsio faciei ab eo, despectus, *inquam*, & non putauimus eum. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros portauit, nos autem reputauimus eum plagis

*a* 1. Pet. 3. v. 18.

Nam & Christus semel pro peccatis passus fuit, iustus pro iniustis: vt nos ad Deum adduceret, mortificatus quidem carne, viuificatus autem Spiritu.

Esai. 53. v. 3. Despectus fuit & reiectus inter viros vir dolorum, et expertus infirmita-

plagis affectum, percussum à Deo & humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter prauaricationes nostras, attritus est propter iniquitates nostras: castigatio pacis nostræ super eum, & liuor eius, sanitas fuit nobis.

*b* Ierem. 33. v. 15. In diebus illis & in tempore illo germinare faciam ipsi David germen iustitiæ: & faciet iudicium atque iustitiam in terra.

## XVII.

*Quare oportet eum simul etiam verè Deum esse?*

Vt potentia suæ diuinitatis, onus iræ diuinæ, carne sua sustinere *a*, nobisque amissam iustitiam & vitam reparare ac restituere possit, *b*.

*a* Iesa. 53. v. 8. A carcere & iudicio sublatus est: & generationem eius quis enarrabit?

*A*ctor. 2. ver. 24. Què (Iesum) Deus excitauit, solutis doloribus mortis, eò quod impossibile erat ipsum ab ea retineri.

*i.* Pet. 3. ver. 18. Nam & Christus semel pro peccatis mortuus est, iustus pro iniustis: vt nos adduceret ad Deum, mortificatus quidem carne, viuificatus autem spiritu.

*b* I. Ioh. 1. v. 2. Nam vita patefacta est, & vidimus, & testamur & annunciamus vobis vitam



vitam illam æternam, quæ est apud patrem,  
& patefacta est nobis.

1. Ioh. 4. v. 9. Per hoc patefacta est charitas  
Dei in nobis, quod filium illum suum vni-  
genitum misit Deus in mundum, vt viuamus  
per eum.

Act. 20. v. 28. Attendite igitur vos ipsos &  
totum gregem, in quo vos spiritus san-  
ctus constituit episcopos, ad pascendam ec-  
clesiam Dei, quam proprio illo sanguine ac-  
quisiuit.

Iohan. 3. v. 16. Ita enim Deus dilexit mun-  
dum, vt Filium suum vniogenitum dederit,  
vt quisquis credit in eum non pereat, sed ha-  
beat vitam æternam.

XVIII.

*Quis autem est ille Media-  
tor, qui simul est verè Deus  
ac verus ac perfectè  
iustus homo?*

Dominus noster  
Iesus Christus *a*, qui  
factus est nobis sapi-  
entia a Deo, iustitia,  
sanctificatio, & re-  
demtio, *b*.

*a* Matth. 1. v. 23.  
& Iesa 7. v. 14. Ec-  
ce, virgo quædam  
vterum feret, &  
pariet filium, &  
vocabis nomen e-  
ius Emmanuel:  
quod est, si inter-  
preteris, Nobiscū  
Deus.

1. Tim. 3. v. 16.  
Et sine controuer-  
sia magnum est



pietatis mysterium: Deus conspicuus factus est in carne, iustificatus est in spiritu, conspectus est ab angelis, prædicatus est gentibus, fides illi habita est in mundo, sursum receptus est in gloriam.

Luc. 2. v. 11. *Nempe*, Natum esse vobis hodie Seruatorem, (qui est Christus Dominus) in vrbe David.

Iohan. 14. v. 6. Dicit ei (Thomæ) Iesus, Ego sum via, & veritas, & vita. Nemo venit ad patrem nisi per me.

1. Timoth. 2. v. 5. Vnus enim Deus, vnus etiam Mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus.

b1. Corinth. 1. v. 30. Sed ex ipso vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo, iustitiâq; & sanctificatio & redemptio:

## XIX.

*Vnde id scis?*

Ex Euangelio, quod Deus primùm in paradiso *a* patefecit, ac deinceps per patriarchas & prophetas propagauit *b*: sacrificijs reliquisque ceremonijs legis adum-

*a* Genes. 3. v. 5.

Præterea inimicitias ponam inter te & ipsam mulierem, & inter semet tuum & semen eius: ipsum conteret tibi caput, & tu conteres ei calcaneum.

*b* Gen. 49. v. 10.

Non

brauit c: Ad extremū Non recedet sce-  
 verò per filium suū ptrū ex Iehudah,  
 vnigenitum com- & Legislatores pe-  
 pleuit d. dibus eius: donec  
 veniat Siloh, & ei

erit aggregatio populorum. Ligans ad vi-  
 tem pullum suum, & ad vitem optimam fi-  
 lium asinæ suæ: lauit in vino vestimentum  
 suum, & in sanguine vuarum operimentum  
 suum.

Genes. 22. v. 18. Et benedicentur in semine  
 tuo omnes gentes terræ, eò quòd obediisti  
 voci meæ.

Genes. 26. v. 4. Multiplicabo quoque se-  
 men tuum sicut stellas cœli, daboque semini  
 tuo omnes terras istas: Et benedicentur in  
 semine tuo omnes gentes terræ. Eò quòd  
 obediuerit Abraham voci meæ, & custodie-  
 rit custodiam meam, præcepta mea, statuta  
 mea, & leges meas.

Rom. I. v. 1. 2. 3. Paulus seruus Iesu Christi  
 ex Dei vocatione Apostolus. separatus ad præ-  
 dicandum Euangelium Dei, (Quod ante pro-  
 miserat per prophetas suos in scripturis san-  
 ctis) De Filio suo (facto ex semine Dauidis,  
 secundum carnem: Declarato Filio Dei po-  
 tenter secundum spiritum sanctificationis,  
 per resurrectionem à mortuis) nempe Iesu  
 Christo Domino nostro.

Heb. i. v. i. Deus multis modis multisq; v<sup>o</sup> cib. olim locutus patribus per prophetas, v<sup>o</sup> timis hisce diebus locutus est nobis per Filium, Quem cōstituit hāredem omnium: per quem etiam mundum condidit.

Act. 3 v. 22. 23. 24. Moses etenim ad patrem dixit, prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester ex fratribus vestris, sicut me: audivitis illum in omnibus, quæ loquutus fuerit vobis. Futurum est autem vt quisquis non auscultarit prophetam illum, disperdatur in populo. Sed & omnes prophetæ à Samuele & ijs qui deinceps *sequuti sunt*, quotquot locuti sunt, etiam pronuntiarunt dies istos.

Act. 10. v. 43. Huic etiam omnes prophetæ testimonium dant, remissionem peccatorum accepturum per nomen eius quem vis quis crediderit in eum.

b Ioh. 5. v. 46 Si enim crederetis Moysi, crederetis mihi: de me enim ille scripsit.

Heb. 10. v. 7. Ecce adsum, (in capite libri scriptum est de) vt faciam, Deus, voluntatem tuam.

c. Rom. 10. v. 4. Nam finis legis est Christus, ad iustitiam cuius credenti.

Galat. 4. v. 4. At postquam venit plenum tempus, emisit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum legi obnoxium: vt

qui erant obnoxij, redimeret, vt adoptionem acciperemus.

Galat. 3. v. 24. Itaque lex pædagogus noster fuit ad Christum respiciens, vt ex fide iustificaremur. At postquam venit fides, non amplius sub pædagogo sumus.

Hebr. 13. v. 8. Iesus Christus heri & hodie idem est, & in secula.

xx.

Num igitur omnibus hominibus qui in Adamo perierant, per Christum salus redditur?

Non omnibus, vt rùm ijs tantùm, qui vera fide ipsi inseruntur, eiusque beneficia amplectuntur, &

a Iohan. 1. v. 12.

Quotquot autem eum acceperunt, dedit eis hanc dignitatem, vt filij Dei fierent, nempe ijs qui crederent in nomen eius: Qui non ex sanguine, neque ex libidine carnis, neque ex libidine viri, sed ex Deo geniti sunt.

Ioh. 3. v. 36. Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui verò non credit Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.

Esa. 53. v. 11. Scientia sui iustificabit iustus seruus meus multos & iniquitates ipsorum ipse portabit.

Psal. 2. v. 12. Osculamini Filium, ne for-



te irascatur, & pereatis in via, quū exarserit vel paululum ira eius: Beati omnes qui sperant in eo.

Rom. 11. v. 20. Rectè: per infidelitatem defracti sunt (rami oleæ) tu verò per fidem stas. Ne effertor animo sed time. Nam si Deus naturalibus ramis non pepercit, vide ne tibi quoque non parcat.

Hebr. 4. v. 2. Etenim nobis Euangelizatum est sicut & illis, at non profuit illis auditus sermo, vt qui fidei mixtus non fuerit ipsis qui audierant.

Hebr. 10. v. 39. At nos non ij sumus, qui nos subducamus ad exitium, sed qui credamus ad animæ salutem.

## XXI.

*Quid est fides?*

*Dominica*  
6.

Est non tantum certa fiducia, qua firmiter asseritur omnibus, quæ Deus nobis in verbo suo patefecit, a sed etiam certa fiducia b, à spiritu sancto c, per Euangelium d, in corde meo

¶ Hebr. 11. v. 1. Est autem fides illud, quod facit vt extent quæ sperantur, & quod demonstrat quæ non videntur.

Heb. 11. v. 3. Per fidem intelligimus constructum fuisse mundum, vt quæ cernimus non sint



accensa, qua in Deo  
acquiesco, certò sta-  
tuens, nō solūm ali-  
is, sed mihi quoque  
remissionem pecca-  
torum, æternam iu-  
stitiam & vitam do-  
natam esse, *e*, idque  
gratis, ex Dei miseri-  
cordia, propter vni-  
us Christi meritū, *f*.

sint ex apparenti-  
bus facta.

Iacob. 2. ver. 19.  
Tu credis Deum  
vnum esse: rectè  
facis: & dæmonia  
credunt & contre-  
miscunt.

Galat. 2. v. 20.  
Viuo autem, non  
amplius ego, sed  
viuit in me Chri-  
stus. Et vitam,

quam nunc viuo in carne, viuo per fidem  
Filiij Dei, qui dilexit me, & tradidit semet-  
ipsum pro me.

*b*. Rom. 4. v. 16. Propterea ex fide est heredi-  
tas, vt sit per gratiam, vt firma sit promissio  
toti semini: *id est*, non solūm ei quod est ex  
lege, verūm etiam ei quod est ex fide Abra-  
hami, qui est pater omnium nostrūm, (sicut  
scriptum est, Patrem multarum gentium  
constitui te) coram eo cui credidit, Deo *vide-  
licet*, viuificante mortuos, & vocante quæ  
non sunt, tanquam sint. Qui Abraham con-  
tra spem sub spe credidit, vt fieret pater mul-  
tarum gentium: secundum id, quod ei di-  
ctum fuerat, Ita erit semen tuum.

Rom. 5. v. 1. Iustificati igitur ex fide, pa-

cem habemus erga Deum, per Dominum nostrum Iesum Christum: Per quem etiam fide habuimus hunc aditum in gratiam hanc per quam stamus, & gloriamur sub spe gloriæ.

Rom. 10. v. 10. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.

Luc. 1. ver. 68. Benedictus Dominus Deus Israel, quod inuiserit & redemerit populum suum.

Luc. 2. v. 14. Gloria in cælis altissimis Deo, & in terra pax, in hominibus beneuolentia.

c. Matth. 16. v. 17. Beatus es Simon Barlona: quia caro & sanguis *hæc* non retexit tibi, sed pater meus qui est in cælis.

Ioh. 3. v. 5. Nisi quis genitus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum Dei.

Galat. 5. v. 22. At fructus spiritus est caritas, gaudium, pax, lenitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, temperantia.

Philip. 1. v. 19. Noui enim fore ut hoc mihi cedat saluti per vestras preces, & subministrationem spiritus Iesu Christi.

Philip. 1. vers. 29. Quia vobis datum est in Christi negotio, non solum in eum credere, sed etiam pro eo affligi.

d Rom. 1. v. 16. Non enim me pudet Euangelij Christi. Potentia siquidem est Dei ad salutem omni credenti, Iudæo in primis, tum etiam Græco.

Rom. 10. v. 17. Ergo fides ex auditu est: auditus autem per verbum Dei.

1. Corin. 1. v. 21. Nam postquam in Dei sapientia mundus non cognouit Deum ex eius sapientia, placuit Deo per stultam prædicationem seruire credentes.

Marc. 16. vers. 15. 16. Profecti in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit seruibitur: qui vero non crediderit, condemnabitur.

Act. 16. v. 14. Quædam autem mulier nomine Lydia, quæ purpuram vendebat in vrbe Thyatirorum, Deum colens, nos audiuit: cuius Dominus adaperuit cor, vt attenderet ea quæ dicebantur à Paulo.

e Habac. 2. v. 4. Rom. 1. v. 17. Galat. 3. v. 11. Hebr. 10. v. 38. Iustus autem ex fide sua viuet.

Matth. 9. v. 2. Quumq; vidisset Iesus fidem illorum, dixit paralytico, Confide fili, remissa sunt tibi peccata tua.

Ephes. 2. v. 7. 8. 9. Vt ostenderet seculis succedentibus summas opes suæ gratiæ, sua erga nos benignitate in Christo Iesu. Gratia enim estis seruati per fidem. Idque non ex vobis: Dei donum est. Non ex operibus, ne quis glorietur.

Rom. 5. vers. 1. Iustificati igitur ex fide, pa-

cem habemus erga Deum, per Dominum nostrum Iesum Christum.

f Rom. 3. v. 24. Iustificantur autem gratis, *id est*, eius gratia, per redemptionem factam in Iesu Christo: Quem proposuit Deus, vt esset placamentum per fidem, in sanguine ipsius, ad declarandum iustitiam suam, per remissionem precedentium peccatorum. Ex Dei tolerantia, ad declarandam iustitiam suam presentis tempore: vt sit ipse iustus, & iustificans eum qui est ex fide Iesu.

Galat. 2. v. 16. Sciens hominem non iustificari ex operibus legis, sed per fidem Iesu Christi: Etiam nos, *inquam*, in Christum Iesum credidimus, vt iustificaremur ex fide Christi, & non ex operibus legis: propterea quod iustificabitur ex operibus legis vlla caro.

Luc. 1. v. 70. 71. 72. 73. Prout loquutus est per os sanctorum, qui à seculo fuerunt prophetarum suorum: *Fore vt nos* seruaret ex inimicis nostris, & è manu omnium qui oderunt nos: vt vteretur misericordia erga patres nostros, ac memor esset Testimonij sui sancti: Et iurisurandi quod iurauit Abrahamo patri nostro, *nimirum* se daturum nobis. Et ver. 77. 78: Et vt des cognitionē salutis populo eius, per remissionem peccatorum  
ipso-



ipforum, propter viscera misericordiae Dei nostri, quibus inuifit nos germen ex alto.

Ioh. 20. v. 31. Hæc autem fcripta funt, vt credatis Iefum effe Chriftum Filium Dei, & vt credentes vitam habeatis in ipfo.

Actor. 10. verf. 43, Huic etiam omnes prophetae testimonium dant, remiffionem peccatorum accepturum per nomen eius quæuis, qui crediderit in eum.

## XXII.

*Quanam funt illa, qua necesse est hominem Chriftianum credere?*

Omnia, quæ nobis in Euangelio promittuntur, quorū summa in fymbolo Apoftolico, feu in capitibus catholicæ & indubitatae omnium Chriftianorū fidei, breuiter comprehenditur.

*a Ioh. 20. v. 31.*

Hæc autem fcripta funt, vt credatis Iefum effe Chriftum filium Dei, & vt credentes vitam habeatis in eo.

*Matth. 28. v. 20.*

Docete eos feruare omnia quæ mandauimus vobis.

*Quod*



## Quod est illud Symbolum.

**C**redo in Deum patrem omnipotentem,  
 creatorem cæli & terra. Et in Iesum  
 Christum Filium eius unigenitum, Domi-  
 num nostrum, qui conceptus est de spiritu  
 sancto, natus ex Maria virgine. passus sub  
 Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepul-  
 tus, descendit ad inferna, tertio die resur-  
 rexit à mortuis, ascendit ad cælos, sedet ad  
 dextram Dei patris omnipotentis, inde vē-  
 turus est iudicatum vivos & mortuos.  
 Credo in Spiritum sanctum, Credo san-  
 ctam Ecclesiam, Catholicam, sanctorum  
 communionem, remissionem peccatorum,  
 carnis resurrectionem, & vitam aeternam.

## XXIII.

In quot partes distribuitur hoc Symbolum?

**Dominica**

**2**

In tres partes. Prima est de æterno  
 Patre, & nostri creatione. Altera est  
 de Filio, & nostri redemptione. Ter-  
 tia est de Spiritu sancto, & nostri san-  
 ctificatione.

**Cum**

XXV.

*Cum vna sit tantum essen-  
tia diuina a: Cur tres istos  
nominas, Patrem, Filium &  
Spiritus sanctum?*

Quia Deus ita se in  
suo verbo patefecit  
b, quod tres hæ di-  
stinctæ personæ sint  
vnus ille, verus & æ-  
ternus Deus.

Esa. 44. v. 6. Sic dixit Dominus, rex Israe-  
lis, & redemptor eius Iehouah exercituû, ego  
primus, & ego nouissimus, & præter me  
non est Deus.

Esa. 45. v. 5. Ego Dominus, & non est am-  
plius, præter me non est Deus.

1, Corinth. 8. v. 4. De esu igitur eorum, quæ  
idolis immolantur, scimus idolum nihil ef-  
se in mundo & nullum esse Deum alium ni-  
si vnum.

b Esa. 61. v. 1. & Luc. 4. v. 18. Spiritus Domi-  
ni super me, eò quod vixerit Iehouah me:  
ad annuntiandum mansuetis misit me, vt  
alligarem contritos corde, vt predicarem  
captiuis libertatem, & vinctis a pertionem  
carceris.

a Deut. 6. v. 4.

Audi Israel, Do-  
minus Deus no-  
ster, Domius v-  
nus est.

Ephes. 4. v. 5. 6.

Vnus Dominus,  
vna fides, vnum  
Baptisma: vnus  
Deus & pater o-  
mnium, qui est su-  
per omnia, & per  
omnia, & in o-  
mnibus vobis.

Psalmo

Pſalm 110. v. 1. Dixit Dominus Domino meo, ſede ad dextram meam donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedibus tuis.

Matt. 3. v. 16. 17. Et baptizatus Ieſus aſcendit ſtatim ex aqua. Et ecce aperti ſunt ei cæli, & vidit ſpiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientē ſuper ipſum. Et ecce vox è cælis dicens, Hic eſt Filius ille meus dilectus, in quo acquieſco.

Matth. 28. verſ. 19. profecti ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & ſpiritus ſancti.

Ioh. 14. v. 26. Conſolator autem ille, *id eſt*, ſpiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæ dixi vobis.

Ioh. 15. v. 26. Quum autem venerit conſolator ille, quem ego mittam vobis à patre, (ſpiritus, *inquam*, ille veritatis, qui à patre emanat) ille teſtabitur de me.

1. Ioh. 5. v. 7. Nam tres ſunt qui teſtificantur in Cælo, Pater, Sermo, & ſpiritus ſanctus: Et hi tres vnum ſunt.

Tit. 3. v. 5. 6. Non ex operibus iuſtis, quæ fecerimus nos, ſed ex ſua miſericordia ſerua-uit nos per lauacrū regenerationis, & renouationem ſpiritus ſancti: Quem effudit in nos copioſe, per Ieſum Chriſtum ſeruato-rem noſtrum.

Ephes.

Eph. 2. v. 18. Quoniam vtrique per ipsum  
(Christum) habemus aditum per vnum spi-  
ritum ad patrem.

2. Corinth. 13. v. 13. Gratia Domini Iesu  
Christi, & charitas Dei & communicatio  
spiritus sancti sit cum omnibus vobis.

Galat. 4. v. 6. Quoniam autem estis filij,  
emisit Deus Spiritum Filij sui in corda ve-  
stra, clamantem, Abba, id est, pater.

## D E P A T R E.

XXVI.

Quid credis, cum dicis, Cre-  
do in Deum Patrem, omni-  
potentem, creatorem cœli  
& terræ?

Credo æternum  
Patrem Domini no-  
stri Iesu Christi, qui  
cœlum & terrā, cum  
omnibus quæ in ijs  
sunt, ex nihilo crea-  
uit, & quique eadem  
æterno suo consilio  
& prouidentia sustē-

a Psal. 33. ver. 6.

Verbo Domini *Dominica*  
cœli facti sunt & 9.  
spiritu oris eius o-  
mnis exercitus  
eorum.

Gen. 1. & 2. Le-  
ge capita integra.

Iob. 33. v. 4. Spi-  
ritus Dei fecit me,  
& spiraculum o-  
mnipotentis vi-  
uificauit me. De  
hoc ipse vide Iob.  
38. & 39 cap. Item,  
Psalmo 36.

tat



tat ac gubernat *b*:  
 propter Christum  
 Deum meum & pa-  
 trē meum esse *c*: Ita-  
 que sic ei confido, sic  
 in eo acquiesco, vt  
 non dubitem, quin  
 prouisurus sit omni-  
 bus, tū animo, tū  
 corpori meo necessa-  
 rijs *d*. Quin etiam,  
 quæ mihi mala in  
 hac ærumnosa vita  
 immittit, ea in meā  
 salutem sit conuer-  
 surus, *e*, cum & facere  
 id possit, vt omnipo-  
 tens Deus *f*, & facere  
 id velit, vt benignus  
 Pater *g*.

lum viuum, qui fecit cœlum & terram, &  
 mare, & omnia quæ in eis sunt.

Esa. 45. ver. 7 Ego Dominus & nullus est  
 vltra: formans lucem, & creans tenebras, fa-  
 ciens pacem & creans malum: Ego Domi-  
 nus faciens omnia hæc.

Actor. 4. versus  
 24. Domine, tu  
 es Deus ille qui fe-  
 cisti cœlum & ter-  
 ram, mare, & o-  
 mnia quæ in eis  
 sunt.

Exod. 20. v. 11.  
 Sex enim diebus  
 fecit Dominus cœ-  
 lum, terram, ma-  
 re, & quæcunque  
 sunt in eis.

Actor. 14. v. 15.  
 Viri cur ista faci-  
 tis? nos quoque  
 sumus homines,  
 iisdē quibus vos  
 affectionibus ob-  
 noxij, annuntian-  
 tes, vt à vanis istis  
 rebus conuerra-  
 mini ad Deum il-



Iohan. 1. v. 3. Omnia per hunc, *Sermonem*, facta sunt, & absq; eo factum est nihil quod factum sit.

b Psal. 104. v. 3. 4 & 5. Qui contignat aquis superiora sua, qui ponit nubes currum suum, qui ambulat super alas venti. Qui facit angelos suos spiritus: ministros suos ignem flammantem. Fundauit terram super bases suas, ne moueat te in seculum & in seculum.

Psal. 115. v. 3. Certè Deus noster est in cœlo, omnia quæ voluit, fecit.

Matth. 10. v. 29. Nonne duo passeruli vaneunt assario, & vnus ex eis non cadet humi sine patre vestro? Vestri autem capilli, capitis omnes numerati sunt.

Heb. 1. v. 3. Sustinet omnia verbo suo potente.

Rom. 11. v. 36. Nam ex eo & per eum & in ipsum sunt omnia.

c. Iohan. 1. v. 12. Quotquot autem eum acceperunt, dedit eis *hanc* dignitatem, vt filij Dei fierent, *nempe* ijs qui credunt in nomen eius.

Rom. 8. v. 15. Non enim accepistis spiritum seruitutis rursus ad metum, sed accepistis spiritum adoptionis, per quem clamamus Abba, *id est*, Pater.

Galat. 4. v. 5. 6. 7. Vt eos qui legi erant obnoxij, redimeret: vt adoptionem acciperent.

mus. Quoniam autem estis filij, emisit Deus spiritum filij sui in corda vestra, clamantem, Abba, *id est*, pater.

Ephes. 1. v. 5. Qui prædestinavit nos, quos adoptaret in filios per Iesum Christum in se, pro beneuolo affectu voluntatis suæ.

d. Psalm 55. v. 23. Projice super Dominum pondus, & ipse sustentabit te, non dabit in seculum nutationem iusto.

Matth. 6. v. 26. Intuemini in volucres cæli: non serunt enim, neque metunt, neque cogunt in horrea, & pater vester cælestis alit eas: nonne vos multò præstatis eis, 23. 24.

Luc. 12. v. 22. Dixit autem discipulis suis: Propterea dico vobis, ne solliciti estote de anima vestra, quid esuri sitis: neque de corpore, quare sitis induendi. Anima plus est, quàm alimentum & corpus quàm vestitus. Considerate coruos: nec enim seminant, neque metunt: quibus non est cella, neque horreum, & tamen Deus alit eos: quantò vos præstatis volucris?

e. Rom. 8. v. 28. Nouimus autem, ijs qui diligunt Deum, omnia simul conferre ad bonum, ijs *videlicet* qui ex proposito ipsius vocati sunt.

f. Esai. 46. v. 4. Et vsque ad senectam ego sum *vobiscum*, & vsque ad canitiem ego portabo: ego feci & ego feram ego quoque portabo & eruam.

Rom. 10. v. 12. Non enim est distinctio vel Iudæi vel Græci. Nam idē Dominus omnium est diues in quosuis, à quibus inuocatur.

Rom. 8. v. 38. 39. Nam mihi persuasum est, neque mortem, neque vitam, neque angelos, neq; principatus, neque potestates, neque instantia, neque futura, neque sublimitatem, neque profunditatem, neque vllam ré aliam creatá posse nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.

g Matth. 6. Lege totum caput.

Matth. 7. v. 9. 10. 11. Nam quis est ex vobis homo, qui, si filius eius petierit ab eo panem, det ei lapidem? Et si piscem petierit, num scorpionem dabit ei? Si vos igitur, quàm sitis mali, nostis dona bona dare liberis vestris: quantò magis pater vester cœlestis dabit bona ijs qui ab ipso petent.

xxvii.

*Quid est providentia Dei?*

Omnipotens & v-  
bique præsens Dei vis  
a, qua cœlum & ter-  
ram, cum omnibus

g Matth. 17. v. 27. *Dominica*

Sed ne offēdamus 10.

eos, profectus ad mare, mitte hamū & eum piscē, qui ascēderit primus, tolle: & aperto ore eius, inuenies staterē: acceptū illū da eis pro me & te.

D 2

creaturis, tanquam manu sustinet ac gubernat *b*: vt quæ terra nascuntur, pluuia item & siccitas, fertilitas & sterilitas, cibus & potus *c*, bona & aduersa valetudo, diuitiæ & paupertas *d*, omnia denique non temerè aut fortuitò, *e* sed paterno eius consilio & voluntate contingant.

cet hominem scientiam, non cognosces

Actor. 17. v. 25.  
Nec manibus hominum colitur, aliquid rei egens, quum ipse det omnibus vitam & halitum & omnia.

Psal. 94. v. 9.  
10. An qui plantauit aurem, non audivit? an qui finxit oculum, non videbit? An qui corripit gentes, non arguet? an qui do-

Elai. 29. v. 15. 16. Vx ijs qui profundi sunt vt à Domino abscondant consilium, & sunt in tenebris opera eorum, & dixerunt, Quis videt nos? & quinam agnoscunt nos? Subuersio vestra verè sicut lutum figuli reputabitur. Num dicet opus de factore suo, Non fecit me? & figmentum dicet de fictore suo Non intelligit?

Ezech. 8. ver. 12. Et dixit ad me, Fili hominis, vidisti ne, quæ seniores domus faciunt in tenebris, vnusquisque in cubiculis picto



ra sua? Dicunt enim, Non videt nos Dominus, dereliquit Dominus terram.

*b* Heb. 1. v. 2. 3. Per quem (filium) etiam mundum condidit. Qui cum sit splendor gloriæ, & character personæ illius, sustinet atque omnia verbo illo suo potente, purificatione peccatorum nostrorum per seipsum facta, sedit ad dextram maiestatis illius excelsissimæ.

*c* Jerem. 5. v. 23. 24. Populo autem huic est cor declinans & rebelle, declinauerunt & abierunt. Neque dixerunt in corde suo, Metuamus nunc Dominum Deum nostrum, qui dat pluuiam temporaneam, & serotinam in tempore suo? hebdomadas statutorum messis custodit nobis.

Act. 14. v. 17. Quanquam non passus est se esse expertem testimonij, nobis benefaciendo, dans nobis pluuias ac tempora fructifera, implens cibo ac lætitia corda nostra.

*d* Iohan. 9. v. 3. Neque iste peccauit, neque parentes eius, vt cæcus nasceretur, sed oportet opera Dei manifesta in eo fieri.

*e* Prouerb. 22. v. 2. Diues & pauper obuiauerunt sibi, faciens omnes ipsos Dominus.



## XXVIII.

*Quid nobis prodest hac cognitio creationis & providentiae divinae?*

Vt in aduersis patientes *a*, in secundis grati simus *b*, in futurum verò optimam in Deo fidissimo patre spem repositam habeamus *c*, certò scientes, nihil esse, quod nos ab eius amore abstrahat *d*, quandoquidem omnes creaturae ita sunt in eius potestate, vt sine eius arbitrio, nō modò nihil agere sed ne mouere quidem possint.

*b* Deut. 8 v. 10. Comedes *inquam*, & saturaberis, tumque benedices Domino Deo tuo propter terram optimam quā dederit tibi.

*a* Rom. 5. ver. 3. 4. 5. Neque id solum, sed etiā gloriamur in oppressionibus, scientes quòd oppressio patientiam efficiat, patientia verò experientiam, experientia autem spem, spes autem non pudefacit.

Iacob. 1. v. 3. Scientes probationē fidei vestrae parete patientiam.

Iob. 1. ver. 21. 22. Nudus egressus sum ex utero matris & nudus reuertar illuc: Dominus dedit, Dominus abstulit: sic nomen Domini benedictum.

1. Theff. 5. v. 18. In omnibus gratias agite.  
Hæc enim est voluntas Dei erga vos.

c. Rom. 5. v. 4. 5. 6. Patientia verò experientiam parit, experientia autem spem: porro spes non pudefacit, quòd charitas Dei effusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Christus enim cum adhuc nullis viribus essemus, suo tempore pro impijs mortuus est.

d. Rom. 8. v. 38. 39. Nam mihi persuasum est, neque mortem, neque vitam, neque angelos, neque principatus neque potestates, neque instantia, neque futura, neque sublimitatem, neque profunditatem, neque ullam rem aliam creatam posse nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.

e. Iob. 1. ver. 12. Dixit itaque Dominus ad Satan, En quicquid eius est, in manu tua est. Et exiit Satan à conspectu Domini.

Iob. 2. v. 6. En ipse in manu tua, verùm animam eius serua.

Prouerb. 21. v. 1. Cor regis in manu Domini: ad omne quod vult inclinat illud.

Act. 17. v. 25. 26. Nec manibus hominum colitur, alicuius rei egens, cum ipse det omnibus vitam & halitum & omnia. Condiditque ex vno sanguine omne genus hominum, vt habitarent per vniuersam super-

ficiem terræ, definitis tempeſtuitatibus,  
 quas præſtituit, & poſitis terminis habita-  
 tionis eorum.

## DE FILIO.

XXIX.

*Quare Filius Dei appellatur  
 Ieſus, hoc eſt, Saluator?*

*a Matth. 1. v. 21.*

Pariet autem fili-  
 um, & vocabis no-  
 men eius Ieſum.  
 Ipſe enim ſerua-  
 bit populum ſuū  
 ex peccatis ipſius.

*Dominica  
 11.*

Quia nos ſaluat ab  
 omnibus peccatis  
 noſtris *a*, Nec vlla ſa-  
 lus aliunde peti de-  
 bet, nec alibi reperiri  
 poteſt *b*.

*Heb. 7. v. 24. 25.*

At iſte, propterea  
 quod in æternum  
 manet, perpetu-

um habet ſacerdotium. Vnde & ſeruare  
 proſus poteſt eos qui per ipſum accedunt  
 ad Deum, ſemper viuens, vt interpellet pro  
 eis.

*b Act. 4. v. 11. 12.* Hic eſt lapis ille pro nihilo  
 habitus à vobis ædificantibus, qui factus eſt  
 caput anguli. Nec eſt in alio quoquam ſa-  
 lus: nec enim aliud nomē eſt ſub cœlo, quod  
 datum ſit inter homines, per quod  
 oporteat nos ſeruari.

XXX.

Credant ne igitur illi in vnicum seruatorem Iesum, qui à sanctis, aut à se, aut aliunde felicitatem aut salutem querunt?

Non: Etsi enim verbo quidem eo seruatore gloriantur, re ipsa tamen abnegant vnicum seruatorem Iesum *a*. Necessè est enim, aut Iesum non esse perfectum Seruatorem, aut qui eum Seruatorem fide amplectuntur vera, eos omnia in ipso possidere, quæ ad salutem requiruntur *b*.

*b*. Heb. 12. v. 2. Intuentes in fidei ducem ac perfectorem Iesum, qui vice sibi propositi gaudij pertulit crucem, ignominia contempta, & ad dextram throni Dei confedit.

*a* 1. Cor. 1. v. 13.

Quid? Num dispertitus est Christus? Num Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nomen Pauli baptizati fuistis. Et verfu 30: Qui (*Christus*) factus est nobis sapientia à Deo, iustitiaque & sanctificatio & redemptio: Ut sicut scriptum est: Qui gloriatur, in Domino gloriatur.

Galat. 5. v. 4. Facti estis inanes Christi, quicumque per legem iustificamini, & à gratia excidistis.



Esaï. 9. v. 6. Paruulus enim natus est nobis: filius datus est nobis, & fuit principatus super humerum eius, & vocabitur nomen eius, Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis, Pater æternitatis, Princeps pacis.

Col. 1. v. 19. 20. Quoniam in eo placuit patri, ut omnis plenitudo inhabitaret. Et pax per sanguinem crucis eius facta, per eum reconciliare omnia sibi, per eum *inquam*, omnium quæ in terra tum quæ in cælis.

Col. 2. v. 10. Et estis in eo completi, qui est caput omnis imperij ac potestatis.

Iohan. 1. ver. 16. Et ex plenitudine ipsius omnes accepimus, & gratiam pro gratia.

Esaï. 43. v. 11, & 25. Ego, Ego sum qui deleo præuaricationes tuas propter me & peccatorum tuorum non recordabor. Ego, ego Dominus, & præter me non est seruator.

XXXI.

*Quare appellatur Christus,  
hoc est, vnctus?*

*Dominica  
12.*

Quod à patre ordinatus, & spiritu sancto vnctus sit *a*, summus Propheta ac Doctor *b*, qui nobis ar-

*a* Psalm 45. v. 8.  
Diligis iustitiam,  
& odio habes impietatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo gaudij præ partibus tuis.

Hebr. 1. v. 9. 10.  
canum



canum consilium & omnem voluntatē Patris, de redemptione nostri patefecit *c*, & summus Pontifex *d*, qui nos vnico sacrificio sui corporis redemit, ac assidue pro nobis apud patrem intercedit *e*: & Rex qui nos suo verbo & spiritu gubernat, & partam nobis salutē tuetur ac conseruat.

Dilexisti iustitiā & odisti iniquitatem propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis, vltra confortes tuos.

Deut. 18. v. 15: & Act. 3. v. 22. Act. 7. v. 37. Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester ex fratribus vestris sicut me: audietis eum in omnibus quæ loquutus fuerit vobis.

*b* Ioh. 1. v. 18. Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus ille Filius, qui est in sinu patris, ille nobis exposuit.

Ioh. 15. v. 15. Omnia quæ audiui á patre, nota vobis feci.

Matth. 11. v. 27. Nemo nouit patrem, nisi Filius & cuiusque Filius voluerit reuelare.

*c* Psalm. 110. ver. 4. Tu es sacerdos in seculum, secundum ordinem Melchisedec.

Heb. 7. v. 21. Nam illi quidem, citra iuramentum sacerdotes facti sunt: hic verò cum iureiurando, per eum qui dixit ei, Iurauit Dominus

Dominus & non pœnitebit eum, Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedec.

Heb. 10. v. 12. Hic verò vna pro peccatis oblata victima, in perpetuum sedet ad dextram Dei.

d. Rom. 8. v. 34. Quis est qui condemnet? Christus, is est qui mortuus est, imò verò qui etiam excitatus est, qui etiam est ad dextram Dei, qui etiam postulat pro nobis.

Rom. 5. v. 9. 10. Iustificati igitur eius sanguine, seruabimur, nunc multò magis per eum ab ira. Nam si cum inimici essemus, reconciliati fuimus Deo per mortem filij eius: multò magis reconciliati seruabimur per vitam ipsius.

e Psalm. 2. ver. 6. Et ego constitui Regem meum super Sion montem sanctum meum.

Luc. 1. v. 33. Regnabitque super domum Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.

f Matth. 28. v. 18, Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.

Iohan. 10. v. 28. Et ego vitam æternam eis do, nec peribunt in æternum, neque rapiet eos quisquam è manibus meis.

XXXII.

Cur verò tu Christianus  
appellaris?

Quòd per fidem  
membrum sum Iesu  
Christi *a*, & vñtionis  
ipsius particeps *b*, vt  
& nomen eius confi-  
tear *c*, meque sistam  
ipsi viam gratitudi-  
nis hostiam *d*, & in  
hac vita, contra pec-  
catum & Satanam, li-  
bera & bona consci-  
entia pugnem, & po-  
stea æternum cum  
Christo regnum in  
omnes creaturaste-  
neam *e*.

*a* Actor. II. v. 25.  
Abijt autem Bar-  
nabas Tarsum, vt  
requireret Sau-  
lum: & eum in-  
uentum duxit An-  
tiochiam. Factū  
est autem vt an-  
num totum con-  
uenirent in Ecce-  
lesia, docerentque  
turbam multam,  
& discipuli nomi-  
narentur primū  
Antiochiæ Chri-  
stiani.

I. Corin. 6. v. 15.  
An ignoratis cor-  
pora vestra esse  
membra Christi?  
Num igitur tol-  
lens mēbra Chri-  
sti, faciam vt sint

scorti membra? Absit.

*b* I. Ioh. 2. v. 27. Sed vñtio quam vos acce-  
pistis ab eo, manet in vobis, nec necesse ha-  
betis, vt quisquam doceat vos: verū sicut  
eadem vñtio docet vos de omnibus, que &  
ver<sub>ax</sub>

verax est & non mendax: & sicut docuit  
vos, manebitis in eo.

Esai. 59. v. 21. Hoc autē pactum meū, quod  
ego pangā cū eis, dixit Dominus, Spiritus me-  
us qui est super te, & verba mea quæ posui in  
ore tuo, nō recedent de ore tuo, & de ore se-  
minis tui, & de ore seminis seminis tui, dicit  
Dominus ex hoc tēpore & vsq; in seculum.

Ioel 2. ver. 28 & Act. 2. v. 17. Et erit vltimis  
temporibus, (Dicit Deus) effundam ex Spi-  
ritu meo in quamuis carnem: & propheta-  
bunt filij vestri & filix vestræ, & iuuenes ve-  
stri visiones videbunt, & seniores vestri so-  
mnia somniabunt.

c Matth. 10. v. 32. 33. Quisquis igitur con-  
fitebitur me coram hominibus, confitebor  
& ego eum coram patre meo qui est in cœ-  
lis: Quisquis autem negauerit me coram  
hominibus, negabo & eum coram patre  
meo qui est in cœlis.

d Rom. 12. v. 1. Precor igitur vos, fratres  
per miserationes Dei, vt sistatis corpora ve-  
stra hostiam, viuam, acceptam Deo, ratio-  
nalem illum cultum vestrum.

Apocalyp. 5. v. 89. & 10. Quumque acci-  
pisset agnus librum, quatuor illa animalia, &  
viginti quatuor illi senes ceciderunt coram  
agno, habentes singuli cytharas, & phialas  
aureas, plenas suffituum, quæ sunt preces  
san-



sanctorum, & cecinerunt nouum canticum, dicentes, Dignus es qui accipias librum, & aperias eius sigilla: quoniam mactatus es & redemisti nos Deo per sanguinem tuum ex omni tribu & lingua & populo & natione: Et fecisti nos Deo nostro reges & sacerdotes & regnabimus super terram.

1. Pet. 2. v. 9. & Exod. 19. v. 6. Vos autem, genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus, quem *sibi Deus* vt proprium vendicat: vt virtutes prædicetis illius, qui vos vocauit è tenebris in admirabilem suam lucem.

Matth. 25. ver. 34. Venite benedicti patris mei, possidete regnum paratum vobis à iactis fundamentis mundi.

2. Timoth. 2. ver. 12. Si toleramus, etiam eum eo regnabimus: si abnegamus, etiam ille abnegabit nos.

Rom. 6. v. 12. 13. Ne regnet igitur peccatum in mortali vestro corpore, vt obediatis peccato in cupiditatibus corporis. Neque sistite membra vestra arma iniustitiæ peccato sed sistite vos Deo, vt ex mortuis viuos, & membra vestra, arma iustitiæ Deo.

Apocal. 1. v. 6. Et fecit nos reges & sacerdotes Deo & Patri suo: ei, *inquam*, gloria & robur in secula seculorum., Amen.

1. Timoth. 1. vers. 18. 19. Hoc mandatum com-

mendo tibi, fili Timothee, nempe vt secundum  
 progressas de te prophetias, milites per  
 bonam illam militiam: Retinens fidem  
 bonam conscientiam: qua repulsa, nonnulli  
 fidei naufragium fecerunt.

XXXIII.

*Quam ob causam Christus  
 vocatur filius Dei vnigeni-  
 tus, cum nos quoque si-  
 mus filij Dei?*

Quia solus Chri-  
 stus est coæternus, &  
 naturalis coæterni  
 patris filius *a*: Nos au-  
 tem propter eum, ex  
 gratia, à patre ado-  
 ptati sumus *b*.

mnium: per quem etiam mundum con-  
 didit.

Ioh. 3. v. 16. Sic Deus dilexit mundum,  
 filium suum vnigenitum daret: vt qui-  
 credit in eum non pereat, sed habeat vitam  
 æternam.

1. Ioh. 4. v. 9. Per hoc patefacta est charitas  
 Dei in nobis, quod filium suum illum vnigeni-  
 tum,

*a* Ioh. 1. v. 14. *b*  
 spectauimus glori-  
 am eius, glori-  
 am inquam vt vnigeni-  
 ti à patre  
 gressi & v. 18. Deus  
 nemo vidit  
 quam: vnigeni-  
 tus ille Filius  
 est in sinu Patris  
 ille nobis exp-  
 sedit.

Heb. 1. v. 2. *b*  
 um, quem con-  
 tuit hæredem

genitum misit Deus in mundum, vt uiuamus per eum.

*b* Rom. 8. v. 15. Non enim accepistis spiritum seruitutis rursus ad metum, sed accepistis spiritum adoptionis, per quem clamamus Abba, *id est*, Pater.

Ephes. 1. v. 5. 6. Deus prædestinauit nos, quos adoptaret in filios per Iesum Christum, in se pro beneuolo affectu voluntatis suæ, ad laudem gloriosæ suæ gratiæ, qua nos gratis effecit sibi gratos in illo dilecto.

Ioh. 1. v. 12. Quotquot autem eum ceperunt, dedit eis *hanc* dignitatem, vt filij Dei fierent, *nempe* ijs, qui credunt in nomē eius.

1. Ioh. 1. v. 3. Quod *inquam* vidimus & audiuius, id annuntiamus vobis, vt & vos communionem habeatis nobiscum, & communio nostra sit cum Patre & cum Filio eius Iesu Christo.

XXXIII.

*Qua de causa appellas eum  
Dominum nostrum?*

*Quia corpus & animā nostram á peccatis, non auro, nec argento, sed precio-*

*a* 1. Pet. 1. ver. 18.

19. Sciatis vos nō caducis rebus, argento vel auro, fuisse redemptos ex vana vestra cōuersatione, ex patrum traditionibus accepta: sed

E

so suo sanguine redimens, & ab omni potestate Diaboli liberans, nos sibi proprios vendicauit 4.

precioso sanguine, utpote agni immaculati & incontaminati, nempe Christi,

1. Cor. 6. ver. 20.

Nam empti estis precio: glorificate igitur Deum in corpore vestro & in spiritu vestro, quæ sunt Dei.

1. Cor. 7. v. 23. Precio empti estis, ne estote serui hominum.

Ephes. 1. v. 7. In quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem, inquam, peccatorum ex diuina ipsius gratia.

1. Timoth. 2. v. 5. 6. Unus enim Deus, vnus etiam mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus: Qui semetipsum dedit redemptionis precium pro quibusuis, *Christus inquam* testimonium illud suis temporibus destinatum.

xxxv.

Quid credis cum dicis: Conceptus est per spiritum sanctum, natus ex Maria virgine?

4 Iohan. 1. v. 1. In principio erat Sermo ille, & Sermo ille erat apud Deum, eratque illi Sermo Deus.

Ioh. 17. v. 3. 4. 5. ma

Dominica

4.

Quod ipse Filius Dei, qui est 4, & per-



manet verus a cæter-  
 nus Deus *b*, naturam  
 verè humanã ex car-  
 ne & sanguine virgi-  
 nis Mariæ *c*, operatio-  
 ne Spiritus sancti as-  
 sumpsit *d*, vt simul  
 sit verum semen Da-  
 uidis *e*, fratribus suis  
 per omnia similis *f*,  
 excepto peccato *g*.

Hæc est autẽ vita  
 æterna, vt te solũ  
 cognoscant esse  
 verum Deum, &  
 quem misisti Ie-  
 sum Christum. E-  
 go te glorificaui  
 in terra: opus cõ-  
 summaui, q̄ de-  
 disti mihi, vt face-  
 rem. Nunc igitur  
 glorifica me tu pa-  
 ter apud temet-

ipsum, ea gloria quam habui apud te prius  
 quàm hic mundus existeret.

Rom. 1. v. 3. 4. De filio suo, factõ ex semine  
 Dauidis, secundum carnem: Declarato filio  
 Dei potenter secundum spiritum sanctifica-  
 tionis, per resurrectionem à mortuis, nempe  
 Iesu Christo Domino nostro.

Coloss. 1. v. 15. 16. 17. Qui est imago Dei in-  
 conspicui, primogenitus omnis rei creatæ:  
 Nam per eum condita sunt omnia, quæ in  
 cœlis sunt & quæ in terra, visibilia & inuisi-  
 bilia, siue throni siue Domina, siue impe-  
 ria, siue potestates: omnia *inquam*, per eum &  
 eius respectu condita sunt. Estque ipse ante  
 omnia, & omnia per eum consistunt.

Psal. 2. v. 7. Et Act. 13. v. 33. Et Heb. 1. v. 5.

Heb. 5. v. 5. Filius meus es tu, hodie te genui.  
Postula à me, & dabo gentes hæreditatem  
tuam, & possessionem tuam terminos terræ.

Matth. 3. v. 17. & Matth. 17. Marc. 1. v. 11: Et  
ecce vox è cœlis dicens: Hic est filius meus  
dilectus, in quo acquiesco.

Matth. 16. v. 16. & Luc. 9. v. 20. Respondens  
verò Simon Petrus, Tu es Christus ille Fili-  
us Dei viventis.

b Rom. 9. v. 5. Quorum sunt Patres, & ij ex  
quibus Christus quod ad carnem attinet,  
qui est supra omnes Deus laudandus in se-  
cula, Amen.

Esai. 7. v. 14. & Matth. 1. v. 23. Ecce virgo  
quædã uterum feret prægnans, & pariet fili-  
um, & vocabis nomen eius Emmanuel:  
quod est si interpretaris, Nobiscum Deus.

Esai. 9. ver. 6. Parvulus enim natus est no-  
bis: Filius datus est nobis: & fuit principa-  
tus super humerum eius, & vocabit nomen  
eius Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis,  
pater æternitatis, & princeps pacis.

1. Joh. 5. v. 20. Sed scimus filium Dei venis-  
se, & dedisse nobis mentem, ut cognosca-  
mus illum qui verax est: & sumus in verace  
illo, in Filio eius Iesu Christo. Hic est verus  
Deus & vita æterna.

Ioh. 20. v. 28. Respondit autem Thomas,  
& dixit ei, Dominus meus & Deus meus.

e. Ioh. 1. v. 14. Et sermo ille caro factus est: Et commoratus est inter nos, & spectauimus gloriam eius, gloriam *tanquam* vnigeniti a patre *egressi*, plenus gratiæ ac veritatis, Galat. 4. v. 4. At postquam venit plenum tempus, misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum legi obnoxium: Vt eos qui legi erant obnoxij, redimeret vt adoptionem acciperemus.

d. Matth. 1. v. 18. 19. 20. Iesu verò Christi natiuitas ita fuit. Nam cum mater eius Maria desponsata esset Ioseph, priusquam ipsi conuenissent, inuenta est vterum ferre ex spiritu sancto. Porro Ioseph vir eius cum esset iustus, & nollet eam ignominia exponere, voluit clam eam dimittere. Hæc autem cum cogitasset, ecce angelus Domini in somnio apparuit ei, dicens, Ioseph fili David ne metuito accipere Mariam vxorem tuam. Nam quòd in ea genitum est, ex spiritu sancto est.

Luc. 1. v. 35. Et respondens Angelus dixit ei, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi inumbrabit te.

e. Psalm. 132. v. 11. & 2. Sam. 7. v. 12. & Luc. 1. v. 32. Iurauit Dominus ipsi David veritatem, non auertetur ab ea, De fructu ventris tui ponam super solium tuum.

Act. 2. v. 30. 31. Propheta igitur cum esset,

& sciret Deum iureiurando sibi iurasse, fore ut ex fructu lumbi ipsius, quod ad carnem attinet, Christum excitaret, quem collocaret super eius throno. Præscius loquutus est de resurrectione Christi: non derelictam esse apud inferos animam eius, neque carnem eius sensisse corruptionem.

f Philip. 2. v. 7. Sed ipse se exinaniuit, forma serui accepta, similis hominibus factus.

g Heb. 4. v. 15. Non enim habemus pontificem, qui non possit affici sensu infirmitatum nostrarum, sed tentatum in omnibus similiter, absque peccato.

Heb. 7. ver. 26. 27, Talis enim nos decebat pontifex, pius, innocens impollutus, segregatus à peccatoribus, & sublimior cœlis factus. Cui non sit quotidie necesse, quemadmodum illis pontificibus, prius *pro peccatis proprijs offerre victimas*, deinde *pro populi peccatis* id enim fecit semel cum semetipsum obtulit.

## XXXVI.

Quem fructum percipis ex sancta conceptione & natiuitate Christi?

Quod is noster sit mediator<sup>a</sup>, & sua in-

<sup>a</sup> Heb. 2. v. 16. 17. Non enim videlicet Angelos assumpsit, sed semetipsum. Vnde debuit nocen-



nocentia, ac perfecta  
sanctitate, mea pec-  
cata, in quibus con-  
ceptus sum, tegat, ne  
in conspicium Dei  
veniant *b*.

per omnia fratri-  
bus similis fieri, ut  
misericors esset &  
fidelis pontifex,  
in ijs quæ ad Deū  
*agenda forent, ad ex-  
pianda peccata*

populi. Nam ex eo quod perpeffus fuit cūm  
tentatus est, potest & ijs qui tentantur suc-  
currere.

*b* Psalm 32. v. 1. Beatus cui dimissa est præ-  
uaricatio, cui rectum est peccatum. Beatus  
homo, cui Dominus non imputat iniquita-  
tem, nec est in spiritu eius dolus.

1. Cor. 1. v. 30. Sed ex ipso vos estis in Chri-  
sto Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo,  
iustitiaque & sanctificatio & redemptio.

Rom. 8. v. 3. 4. Quum enim legis impo-  
tentia nihil posset in carne, Deus suo ipsius  
Filio misso, conformato carni peccato ob-  
noxia, idque pro peccato, condemnauit pec-  
catum in carne. Ut illud ius legis complea-  
tur in nobis, qui non secundum carnem in-  
cedimus, sed secundum spiritum.

Gal. 4. v. 4. 5. At postquam venit plenum  
tempus, emisit Deus Filium suum factum  
ex muliere, factum legi obnoxium: Ut eos  
qui legi erant obnoxij redimeret: Ut ado-  
pti acciperemus.

XXXVII.

Quid credis cum dicis:  
Passus est?

*Dominica*  
15.

Eum toto quidem  
vitæ suæ tempore,  
quo in terris egit, præ-  
cipuè verò in eius ex-  
tremo, iram Dei ad-  
uersus peccatum v-  
niuersi generis hu-  
mani, corpore & ani-  
ma sustinuisse<sup>a</sup>: vt  
sua passione, tanquã  
vnico sacrificio pro-  
pitiatorio<sup>b</sup>, corpus  
& animam nostram  
ab æterna damnatio-  
ne liberaret, & nobis  
gratiam Dei, iustiti-  
am ac vitam æter-  
nam acquireret.

ipse quoque peccatum multorum tulit, &  
pro præuaricatoribus orauit.

<sup>a</sup> 1. Iohan. 2. v. 2. Et ipse est propitiatio pro  
peccatis

<sup>a</sup> 1. Pet. 2. v. 24.

Qui peccata no-  
stra pertulit in cor-  
pore suo super li-  
gnum: vt pecca-  
tis mortui, iusti-  
tiæ viueremus: cu-  
ius vibicibus sa-  
nati estis.

1. Pet. 3. vers. 18.

Nam & Christus  
semel pro pecca-  
tis passus fuit, iu-  
stus pro iniustis:  
vt nos ad Deum,  
adduceret, morti-  
ficatus quidẽ car-  
ne, viuificatus au-  
tem spiritu.

Esai. 53. v. 12. Eo  
quòd effudit in  
mortem animam  
suam, & cum præ-  
uaricatoribus an-  
numeratus est: i-

peccatis nostris: nec pro nostris solum, sed etiam pro totius mundi peccatis

1. Ioh. 4. v. 10. In hoc est charitas, non quod nos dilexerimus Deum, sed quod ipse dilexerit nos, & miserit Filium suum, ut esset propitiatio pro peccatis nostris.

Rom. 3. v. 25. 26. Quem proposuit Deus, ut esset placamentum per fidem in sanguine ipsius, ad declarandam iustitiam suam, per remissionem præcedentium peccatorum. Ex Dei tolerantia, ad declarandam iustitiam suam præsentis tempore: ut sit ipse iustus, & iustificans eum, qui est ex fide Iesu.

XXXVIII.

*Quid causa fuit, cur sub iudice Pilato pateretur?*

Ut innocens coram iudice politico damnatus<sup>a</sup>, nos à se uero Dei iudicio, quod omnes manebat, eximeret<sup>b</sup>.

stri conspectu quæstione habita, nullam noxam inueni in isto homine, ex ijs de quibus accusatis eum. Sed ne Herodes quidem: nam

<sup>a</sup> Luc. 23. v. 13.

14. 15. Pilatus uero conuocatis principibus sacerdotum, & magistratibus & populo, dixit eis: Oblitis mihi hunc hominem, ut qui auertat populum: & ecce, ego in ve-

remisi vos ad illum, & ecce, nihil dignum morte factum est ab eo.

Ioh. 19. v. 4. Exiuit ergo rursus Pilatus foras, & dixit eis. Ecce, adduco vobis eum foras, vt noueritis me nullum in eo crimen inuenire.

Psalm. 69. v. 5. Plures sunt quam capilli capitis mei, qui odio habent me sine causa: roborati sunt qui disperdunt me inimici mei absque causa: quæ non rapui tunc reddidi.

Esa. 53. v. 4. 5. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros portauit, nos autem reputauimus eum plagis affectum, percussum à Deo & humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter præuaricationes nostras: attritus est propter iniquitates nostras: castigatio pacis nostræ super eum, & liuor eiuus sanitas fuit nobis.

2. Cor. 5. v. 21. Fecit enim, vt qui non nouit peccatum pro nobis peccatum esset, vt non efficeremur iustitia Dei in eo.

Gal. 3. v. 13. 14. At Christus nos redemit à execratione legis, dum pro nobis est facta execratio: Scriptum est enim: execrabilis quisquis pendet in ligno. Vt in gentibus benedictio Abrahamæ extet in Christo Iesu, & vt promissum illum Spiritum accipiamus per fidem.



XXXIX.

Est verò quiddam amplius,  
quod affixus sit cruci, quàm  
si alio genere mortis af-  
fectus esset?

Sane amplius: Ex  
hac enim re sum cer-  
tus, cum maledictio  
nem, quæ mihi incū-  
bebat, in se recepisse:  
nam mors crucis à  
Deo erat maledicta<sup>4</sup>

non comedes ex ea: nam in die quo come-  
deris ex ea, moriendo morieris.

XL.

Cur necesse fuit, vt Christus  
ad mortem vsque se de-  
mitteret?

Propterea quòd  
iustitiæ & veritati  
DEI<sup>a</sup>, nullo a-  
lio pacto pro nostris  
peccatis potuit fa-

<sup>4</sup> Deut. 21. v. 23.

Quia maledictio  
Dei est suspensus.

Galat. 3. v. 13. At  
Christus nos rede-  
mit ab execratio-  
ne Legis, dum pro  
nobis factus est  
execratio: sicut  
scriptum est, exe-  
crabilis quisquis  
pendet in ligno.

Genes. 2. v. 17.  
At de arbore sciē-  
tiæ boni & mali

Heb. 2. v. 9. Sed *Dominicus*  
Iesum illum cerni 16.  
mus gloria & ho-  
nore coronatum,  
qui paulisper in-  
ferior Angelis fa-  
ctus, propter mor-  
tis perpersionem:  
vt beneficio Dei  
pro omnib. mor-  
tem

tis fieri, quàm ipsa <sup>tem gustares.</sup> Et  
morte filij Dei <sup>b.</sup> <sup>vers. 14. 15.</sup> Quoni-  
am igitur pueri

participes sunt carnis & sanguinis, ipse quo-  
que similiter particeps factus est eorundem, ut  
per mortem aboleret eum qui mortis impe-  
rium habet, hoc est Diabolum: Et liberos  
redderet, quotquot metu mortis per omnem  
vitam obnoxijerant seruituti.

Phil. 2. v. 8. Ipse se summisit, factus obedi-  
ens vsq; ad mortem, mortem autem crucis.

## XLI.

Quare etiam sepul-  
tus est?

Vt eo testatum fa-  
ceret, se verè mortu-  
um esse <sup>a.</sup>

Matth. 27. v. 59. 60. Et Ioseph cum accepisset corpus, inuoluit illud sindone pura: posuitque in monumento suo nouo, quod exciderat in petra: & aduoluto saxo magno ad ostium monumenti, abiit.

Luc. 23. v. 52. 53. Hic, inquam Ioseph adiens Pilatum, petijt corpus Iesu. Et detractum inuoluit sindone, posuitque illud in monumento, quod erat ex lapide excisum, in quod nondum quisquam positus fuerat.

Iohan. 19. v. 38. 39. 40. 41. 42. Posthæc autem rogavit Pilatum Ioseph Arimathæensis (qui erat discipulus Iesu, sed occultus propter metum Iudæorum) ut tolleret corpus Iesu: quod permisit Pilatus. Venit ergo & sustulit corpus Iesu. Venit autem & Nicodemus (is qui venerat ad Iesum nocte primùm) ferens mysturæ myrrhæ & aloës libras quasi centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & obuinxerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. In eo autem loco ubi fuerat crucifixus, erat hortus, & in horto monumentum nouum, in quo nōdum quisquam positus fuerat. Ibi ergo propter Parasceuen Iudæorum, quod monumentum illud propè esset, posuerunt Iesum.

## XLII.

*At cum Christus pro nobis mortem appetierit, cur nobis quoque moriendum est?*

Mors nostra non est pro peccatis nostris satisfactio, sed peccati abolitio, & transitus in vitam æternam. <sup>4</sup>

<sup>4</sup> Iohan. 5. v. 24. Amen amen dico vobis, qui sermonem meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, & in condemnationem non veniet: sed trāsiiuit a morte in vitam.

Philip.

Philip. 1. v. 23. Coarctor vtrunque, desiderans migrare & esse cum Christo: nam id longè optimum est.

Rom. 7. ver. 24. Miser ego homo, quis me eripiet ex isto corpore mortis? Gratias ago Deo, per Iesum Christum Dominum nostrum.

## XLIII.

*Quid praterea capimus commodi ex sacrificio & morte Christi?*

Quòd virtute eius mortis vetus noster homo, vnà cum eo crucifigitur, interimitur ac sepelitur<sup>a</sup>, ne prauæ cupiditates & desideria carnis posthac in nobis regnent<sup>b</sup>, sed nos ipsos ei hostiam gratitudinis offeramus<sup>c</sup>.

tùm mortuos esse peccato, tùm verò viuere Deo per Christum Iesum Dominum nostrum.

\* Rom. 6. v. 6. 7. 8. Scimus veterem illum nostrum hominẽ cum eo crucifixum esse vt eneruetur corpus peccati, ne posthac seruiamus nos peccato. Etenim qui mortuus est liber est à peccato. Quòd si mortui sumus cū Christo, credimus fore vt etiam viuamus cū eo. Ver. 11. Ita etiam vos colligite, vos ipsos

Rom.



<sup>b</sup> Rom. 6. v. 12. Ne regnet igitur peccatum in mortali vestro corpote, vt obediatis peccato in cupiditatibus corporis.

<sup>c</sup> Rom. 12. v. 1. Precor igitur vos, fratres, per miserationes Dei, vt sistatis corpora vestra hostiam viuam, sanctam, acceptam Deo, rationalem illum cultum vestrum.

## XLIII.

*Cur additur, Descendit ad inferna?*

Vt in summis doloribus & grauissimis tentationibus, me consolatione hac sustentem, quod Dominus meus Iesus Christus inenarrabilibus animi sui angustijs, cruciatibus & terroribus, in quos cum antea, tum maxime in cruce pendens, fuerat demersus, me ab angustijs & cruciatibus inferni liberauerit. <sup>d</sup>

<sup>a</sup> Esa. 53. v. 10.

Dominus autem voluit contere eum, & agrotare fecit eum: quum posuerit se ipsum sacrificium pro delicto anima eius, videlicet semen quod proleget dies, & voluntas Domini in manu eius prosperabitur.

## Matt. 27. v. 46.

Circiter vero horam nonam, exclamauit Iesus voce magna, dicens: Eli, Eli, lama sabachthani? Hoc est,

est, Deus meus, Deus meus, cur deseruit me?

XLV.

Quid nobis prodest resurre-  
ctio Christi?

Dominica  
17.

Primum sua resur-  
rectione mortem de-  
uicit, vt nos posset  
eius iustitiæ, quam  
nobis sua morte pe-  
pererat, participes  
facere<sup>a</sup>. Deinde, nos  
iam quoque eius po-  
tentia ad nouam vi-  
tam excitamur<sup>b</sup>. Po-  
stremò, resurrectio  
capitis nostri Chri-  
sti, nobis gloriosæ re-  
surrectionis nostræ  
pignus est<sup>c</sup>.

scriptum est, Absorpta est mors ad victoriã  
Vbi tua, o mors, victoriã? Vbi tuus, o sepul-  
chrum, stimulus?

Rom. 4. v. 25. Traditum in mortem propter  
offen-

<sup>a</sup> 1. Cor. 15. v. 17. 18. Nam si mor-  
tui non excitamur,  
Christus qui  
que non est exci-  
tatus. Quod  
Christus non est  
excitatus, inani  
est fides vestra: &  
adhuc estis in pe-  
ccatis vestris. Nem-  
pe qui & obdormie-  
runt in Chri-  
sto, perierunt. Et  
vers. 54. 55. Quum  
aut hoc corruptio-  
ni obnoxium in-  
duerit incorruptã  
naturam, & mor-  
tale hoc induerit  
immortalitatem,  
tunc fiet illud qd

offensas nostras, & excitatum propter iustificationem nostram.

1. Pet. 1. v. 3. 4. 5. Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui ex multa sua misericordia regenuit nos in spem viuam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis: In hæreditatem quæ nec perire potest, nec contaminari, nec marcescere, nobis in cœlis seruatum. Qui virtute Dei custodimur per fidem, ad salutem quæ parata est patefieri tempore vltimo.

Item. v. 21. Qui pereum creditis Deo, qui excitauit eum à mortuis, & gloriam ei dedit, vt fides ac spes vestra in Deo esset.

Rom. 6. ver. 4. Sepulti igitur sumus vnâ cum eo per Baptismum in mortem: Vt sicut excitatus est Christus ex mortuis in gloriam Patris, ita & nos noua vita ambulemus.

Coloss. 3. ver. 1. 2. 3. 4. Itaque si surrexistis cum Christo, superna quærite, vbi Christus est ad dextram Dei sedens: superna curate, non terrestria. Nam mortui estis & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Quando Christus vita illa nostra, patefactus fuerit, tum & vos cum eo patefietis gloriosi.

Eph. 2. v. 5. Etiam cum per offensas mortui essemus, vnâ viuificauit nos per Christum, cuius gratia estis seruati.

1. Corin. 15. v. 12. 13. 14. Quod si Christus

prædicatur ex mortuis excitatus esse, quomodo dicunt quidam inter vos, non esse resurrectionem mortuorum? Nam si resurrectio mortuorum non est, Christus quoque non est excitatus. Quòd si Christus non est excitatus, inanis videlicet est prædicatio nostra, inanis etiam est fides vestra.

Rom. 8. v. 11. Sed si spiritus eius qui excitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis: is qui excitauit Christum ex mortuis, viuificabit etiam mortalia corpora vestra, per inhabitantem eius spiritum in vobis.

## XLVI.

*Quomodo intelligis illud, Ascendit ad cælos?*

Quod aspicientibus discipulis, Christus de terra in cælum sublatus est <sup>a</sup>, atque etiamnum nostra causa ibidem est <sup>b</sup> & erit, donec redeat ad iudicandum viuos & mortuos <sup>c</sup>.

<sup>a</sup> Act. 1. v. 9. Et cum hæc dixisset aspicientibus ipsis eleuatus est: & nubes susceptum eum abstulit ab oculis eorum.

Marc. 16. v. 19. Dominus igitur postquam loquutus fuisset ipsis, sursum receptus est in cælum, & sedit ad dextram Dei.

Luc.



Luc. 24. v. 51. Et factum est, dum ipse benediceret eis, disiunctus ab eis, sursum receptus est.

<sup>b</sup> Heb. 4. ver. 14. Habentes igitur Pontificem magnum, qui penetrauit cœlos, Iesum filium Dei, teneamus *hanc* professionem.

Heb. 7. v. 24. 25. At iste propterea quòd in æternum manet perpetuum habet sacerdotium. Vnde & seruire prorsus potest eos, qui per ipsum accedunt ad Deum, semper viuens vt interpellet pro eis.

Heb. 9. v. 11. Adueniens autem Christus, Pontifex futurorum bonorum, per maius & perfectius tabernaculum non manu factum, *id est* non huius structuræ.

Rom. 8. v. 34. Quis est qui condemnet? Christus, *is est* qui mortuus est, imò verò qui etiam excitatus est: qui etiam est ad dextrâ Dei, qui etiam postulat pro nobis.

Eph. 4. v. 10. Qui descendit, ipse est qui etiam ascendit longè supra omnes cœlos, vt impleret omnia.

Coloss. 3. v. 1. 2. Itaque si surrexistis cum Christo, superna quærite, vbi Christus est ad dextram Dei sedens. Superna curate, non terrestria.

<sup>c</sup> Act. 1. v. 11. Hic Iesus qui sursum receptus est à vobis in cœlum, ita veniet quem-

admodum conspexistis eum proficiscentem  
in cœlum.

Matth. 24. v. 30. Tunc apparebit signum  
Filij hominis in cœlo: & tunc omnes tribus  
terræ plangent, & videbunt Filium homi-  
nis venientem in nubibus cœli, cum po-  
tentia & gloria multa.

## XLVII.

*An ergo Christus non est no-  
biscum vsque ad finem mun-  
di, quemadmodum  
promisit a.*

Christus est verus  
Deus, & verus homo:  
Itaque secundum na-  
turam humanā, iam  
non est in terra <sup>a</sup>. At  
secundum diuinita-  
tem suam, maiesta-  
tem, gratiam & spi-  
ritum, nullo vnquā  
tempore à nobis ab-  
est <sup>b</sup>.

sum amplius in mundo, sed hi sunt in mun-  
do, & ego ad te venio.

<sup>a</sup> Matth. 28. v.  
20. Et ecce ego  
sum vobiscum om-  
nibus diebus vs-  
que ad consum-  
mationem seculi.

Matth. 26. v. 11.  
Semper pauperes  
habebitis vobiscū:  
me verò non sem-  
per habebitis.

Iohan. 16. v. 28.  
Exiui à Patre &  
veni in mundū:  
iterum relinquo  
mundum & profi-  
ciscor ad Patrem.

Ioh. 17. v. 11. Nō

Act. 3. v. 21. Quem oportet quidem cælo capi vsque ad tempora restitutionis omnium, quæ tempora prædixit Deus per os omnium sanctorum suorum à seculo Prophetarum.

<sup>6</sup> Ioh. 14. v. 16. 17. Ego autem rogabo Patrem, & alium consolatorem dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum. Nempe Spiritum illum veritatis quem mundus non potest recipere, quia non nouit eum nec videt eum: vos autem cognoscitis eum, quia apud vos manet & in vobis erit.

Ioh. 16. v. 13. Cum autem venerit ille, *id est*, spiritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem.

Ephes. 4. v. 8. Ascendit in sublime, captiuam duxit captiuitatem, & dedit dona hominibus.

Augustin.  
tract. 50.  
in Ioan.

## XLVIII.

An verò isto pacto due nature in Christo, non diuelluntur, si non sit natura humana, vbicunque est diuina?

Minimè: Nam cū diuinitas compræ-

<sup>6</sup> Act. 7. v. 49. Cælum mihi thronus est: terra autem scabellum pedum meorum. Quam ædem ædificabitis mihi? dicit Dominus: aut quis est locus quietis mea?

hendi non queat, & omni loco præsens sit<sup>a</sup>, necessariò consequitur, esse eã quidem extra naturam humanam, quam assumpsit, sed nihilo minus tamen esse in eadem, eique personaliter unitam permanere.

quo? Num occultabit se quispiam in occultis, & ego non videbo eum, dixit Dominus? An non cœlum & terram ego impleo, dixit Dominus?

<sup>b</sup> Coloss. 2. vers. 9. Nam in eo inhabitat omnis plenitudo deitatis corporaliter.

Ioh. 3. v. 13. Nullus ascendit in cœlum, nisi qui descendit è cœlo, nempe Filius hominis qui est in cœlo.

Ioh. 11. v. 15. Et gaudeo propter vos, ut credatis, me illic non fuisse.

Matth. 28. v. 6. Non est hic: sed surrexit, prout dixit. Venite, videte locum, vbi iacebit Dominus.

Actor. 17. v. 27.  
Profectò non longè abest ab vnoquoque nostrùm. Per ipsum viuimus, mouemur & sumus.

Ierem. 23. v. 23.  
24. Nunquid Deus de propinquo ego, sum, dixit Dominus, & non est Deus de longin-



XLIX.

Quem fructum nobis affert  
ascensio Christi in  
cælum?

Primum quòd in  
cælo apud patrem  
pro nobis intercedit

<sup>a</sup>. Deinde quòd car-  
nem nostram in cœ-  
lo habemus, vt eo ta-  
quam certo pignore  
confirmemur, fore,  
vt ipse qui caput no-  
strum est, nos sua mē-  
bra ad se extollat <sup>b</sup>.

Tertiò, quòd nobis  
suum spiritum mu-  
tui pignoris loco  
mittit <sup>c</sup>, cuius effica-  
cia non terrena, sed  
superna quærimus,  
vbi ipse est ad dextrā  
Dei sedens <sup>d</sup>.

Iohan. 20. v. 17. Ne me tangito: nondum  
enim ascendi ad Patrem meum: sed profici-

<sup>a</sup> Ioh. 2. v. 1. Fi- Dominica  
lioli mei, hæc scri- 18.

bo vobis, ne pec-  
cetis. Quod si  
quis peccauerit,  
aduocatum habe-  
mus apud Patrē,  
Iesum Christum  
iustum.

Rom. 8. ver. 34.  
Quis est qui con-  
demnet? Chri-  
stus? is est qui  
mortuus est, imò  
verò qui etiam ex-  
citus est: qui et-  
iam est ad dextrā  
Dei: qui etiam po-  
stulat pro nobis.

<sup>b</sup> Ioh. 14. ver. 2.  
In domo Patris  
mei habitationes  
multæ sunt: alio-  
qui dixissem vo-  
bis, Proficiscor pa-  
raturus vobis lo-  
cum.

scere ad fratres meos, & diceis. Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum, & Deum meum & Deum vestrum.

Ephes. 2. v. 6. Vnâque excitauit nos, vnâque collocauit in cœlis in Christo Iesu.

<sup>c</sup> Ioh. 14. v. 16. Etego rogabo Patrem, & alium consolatorem dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum.

Ioh. 16. v. 7. Sed ego veritatem dico vobis. Expedi vobis, vt ego abeam. Nisi enim abiero: consolator ille non veniet ad vos: si autem profectus fuero, mittam eum ad vos.

2. Corint. 1. v. 21. Porrò qui nos confirmat vobiscum in Christum, & qui vnxit nos, *Deus est*, Qui etiam obfignauit nos, deditque arrhabonem Spiritus in cordibus nostris.

2. Cor. 5. v. 5. Porrò Deus, *is est*, qui nos ad hoc ipsum condidit, qui etiam dedit nobis arrhabonem spiritus.

<sup>d</sup> Colos. 3. v. 1. Itaque si resurrexistis cum Christo, superna querite, vbi Christus est ad dextram Dei sedens.

Phil. 3. v. 20. 21. Nos enim vt municipales cœlorum nos gerimus: vnde etiam seruatore expectamus Dominum Iesum Christum. Qui transformabit corpus nostrum humile, vt conforme fiat corpori suo glorioso, pro effusacitate, qua potest etiam sibi subijcere omnia.

L.

<sup>a</sup> Ephes. 20. 21.

Cur additur : Sedet ad dextram Dei?

22. 23. Quam, effica-  
citatem, exeruit in  
Christo, quem ex-  
citauit eum ex  
mortuis, & collo-  
cauit ad dextram  
suam in cœlis, lon-  
gè supra omne im-  
perium ac potesta-  
tem, & potenti-  
am & dominum

Quia Christus ideo  
in cœlum ascendit,  
vt se ibi caput suæ Ec-  
clesiæ declaret <sup>a</sup>, per  
quod pater omnia  
gubernat <sup>b</sup>.

& omne nomen quod nominatur non so-  
lùm in hoc seculo, verùm etiam in futuro: &  
omnia subiecit eius pedibus, eumque con-  
stituit caput, super omnia ipsi Ecclesiæ, Quæ  
est corpus ipsius, & complementum eius,  
qui omnia implet in omnibus.

Ephes. 5. v. 23. Nam vir est caput vxoris, vt  
& Christus est caput Ecclesiæ: & is est qui sa-  
lutem dat corpori.

Colos. 1. v. 18. Estque caput corporis Eccle-  
siæ, principium & primogenitus ex mortu-  
is, vt in omnibus primas teneat.

Matth. 28. v. 18. Data est mihi omnis pote-  
stas in cœlo & in terra.

Iohan. 5. v. 22. 23. Neque enim pater iudi-  
cat quenquam, sed omne iudicium dedit fi-

lio: vt omnes honorent Filium, prout honorant Patrem.

L I.

*Quid nobis prodest hæc gloria nostri capitis Christi?*

Primum, quod per spiritum sanctum in nos sua membra, cœlestia dona effundit.  
 Deinde, quòd nos sua potentia contra omnes hostes protegit ac defendit <sup>b</sup>.

agmentationem sanctorum, ad opus ministerij, ad ædificationem, *inquam*, corporis Christi.

<sup>b</sup> Psalm. 2. v. 9. Conteres eas virga ferrea, sicut vas figuli confringes eas.

Psalm. 110. v. 1. 2. Dixit Dominus Domino meo : Sede ad dextram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedibus tuis. Virgam fortitudinis tuæ mittet Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum.

<sup>a</sup> Ephes. 4. v. 10.

11. 12. Qui descendit, ipse est qui etiam ascendit longè supra omnes cœlos, vt impleatur omnia. Dedit igitur ipse alios quosdam, Apostolos: alios verò, Prophetas: alios autè, Evangelistas : alios autem, Pastores & doctores : Ad co-



Iohan. 10. v. 28. 29. Et ego vitam æternam do eis, nec peribunt in æternum, neque rapietas quisquam è manu mea. Pater meus qui eas dedit mihi, maior omnibus est: neq; quisquam eas potest rapere è manu Patris mei.

Ephes. 4. v. 8. Ascendit in sublime, captivam duxit captiuitatem & dedit dona hominibus.

LII.

Quid te consolatur reditus Christi ad iudicandum vivos & mortuos?

Quòd in omnibus miserijs & persecutionibus, erecto capite, eundem illum, qui se priùs pro meo iudicio statuit, & maledictionem omnẽ à me abstulit, iudicem è cœlo expecto, qui omnes suos & meos hostes, in æternas poenas abijciat <sup>b.</sup>

\* Luc. 21. v. 28.

Quum autem hæc fieri incipient, erigite & attollite corpora vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.

Rom. 8. v. 23. 24.

Neque verò, creature solum, sed & ipsi qui primitias spiritus habemus, nos ipsi, inquam, apud nos ipsos suspiramus, adoptionem expectantes, id est redemptionem corporis nostri.

me

me verò cum omnibus electis, ad se in cœlestia gaudia, & sempiternam gloriam traducat <sup>6</sup>.

vnde etiam Seruatorem expectamus Dominum Iesum Christum. Qui transformabit corpus nostrum humile, vt conformetur corpori suo glorioso, pro efficacitate que potest etiam sibi subijcere omnia.

Tit. 2. vers. 13. Expectantes beatam illam spem & illustrem illum aduentum glorie magni illius Dei, ac Seruatoris nostri, nempe Iesu Christi.

sunt ipsum corpus &  
sanguis Christi?

Nequaquam: Ve-  
rùm, vt aqua Bapti-  
smi in sanguinem  
Christi non conuer-  
titur, nec est ipsa  
peccatorum ablu-

<sup>e</sup> Matth. 26. v.

29. Dico autem vo-  
bis, non bibam  
ab hoc tempore  
ex hoc fructu vine  
tis vsque ad diem  
illũ quũ ipsũ  
bibam vobiscum  
nouum in regno  
Patris mei.

Marc. 14. v. 24.

20



tio, sed Symbolum tantum & pignus earum rerū, quæ nobis in Baptismo ob signatur: ita nec panis coenæ Domini- cæ, est ipsum corpus Christi<sup>a</sup>: Quanquā pro ratione Sacra- mentorum, & vsita- ta Spiritui sancto de his loquendi forma<sup>b</sup>, panis, Christi cor- pus appellatur.

Et dixit eis, Hoc est sanguis meus Noui illius testa- mēti, qui pro mul- tis effunditur.

<sup>b</sup> 1. Cor. 10. v. 16.

17. Poculum bene- dictionis, cui be- nedicimus, non- ne cōmunio san- guinis Christi est? panis quem fran- gimus nonne cō- munio corporis Christi est? Quo- niam vnus panis,

vnus corpus multi sumus: nam omnes v- nius panis sumus participes.

1. Cor. 11. v. 26. 27. 28. Quotiescunque enim ederitis panem hunc, & poculum hoc biberitis, mortem Domini annunciatis, vs- quequo venerit. Itaque quisquis ederit panē hunc, aut biberit hoc poculum Domini in- dignè, reus tenebitur corporis & sanguinis Domini. Probet autem quisque seipsum, & ita de pane illo edat, & de poculo illo bibat.

<sup>c</sup> Genes. 17. v. 10. 11. Hoc est autem pactum meum, quod obseruabitis inter me & vos, atque inter semen tuum post me, vt circum- cida-

cidatur in vobis omnis masculus. Circumcidetis verò carnem præputij vestri, eritque signum pacti inter me & vos. Et v. 14. In circumcisis autem masculus, qui non circumciderit carnem præputij sui, utique exterminabitur anima illa de populis suis. *nam* pactum meum irritum fecit. Et v. 17. Dixit Deus ad Abraham: Verè Sara vxor tua pariet tibi filium, vocabisque nomen eius Isaac, & confirmabo pactum meum cum eo, in pactum perpetuum semini tuo post eum.

Exod. 12. v. 26. 27. Quum autem dixerint vobis filij vestri, quid est cultus iste vobis? Tunc dicetis, Sacrificium Pasah est in honore Ipsi Iehouæ, qui transfijt domos filiorum Israel in Mizraim, quando percussit Mizraim, & domos nostras eruit. Et v. 43. Et dixit Dominus ad Mosen & Aaronem, Hoc est statutum Pasah, Omnis alienigena non comedet ex eo. Et v. 48. Quum autem peregrinabitur apud te peregrinus, & faciet Pasah ipsi Domino, circumcidetur ei omnis masculus, & tunc accedet ad faciendum illud: eritque sicut indigena terræ: non enim habens præputium, comedet ex eo.

Exod. 13. v. 9. Eterit tibi in signum super per manum tuam, & in memoriale inter oculos tuos.

Act. 7. v. 8. Deditque ei, Abrahamo, patrum circumcissionis.

Exod. 24. v. 8. Tulit quoque Moses sanguinem, & sparsit super populum & dixit, En sanguis fœderis quod pepigit Dominus vobiscum super omnibus rebus illis.

Leuit. 16. v. 10. Hircum verò super quẽ ceciderit fors pro Azazel, statuet viuum coram Domino, ad emundandum per illum, ad emittendum illum pro Azazel in desertum.

Leuit. 17. v. 11. Quia anima carnis in sanguine est: ego autem dedi illum vobis super altare ad expiandum animas vestras: quia sanguis ipse animam expiabit.

Esaï. 6. v. 6. 7. Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius erat carbo ignitus, quem forcipibus tulerat de altari. Et tetigit os meum, & dixit, Ecce tetigit hic carbo labia mea, & auferet iniquitatem tuam, ac peccatum tuum expiabitur.

Tit. 3. v. 5. Non ex operibus iustis, quæ fecerimus nos, sed ex sua misericordia seruauit nos per lauacrum regenerationis, & renouationem Spiritus sancti.

Act. 22. v. 16. Nunc igitur quid cunctaris? exurge & baptizare, & ablue peccata tua, inuocato nomine Domini.

1. Pet. 3. v. 21. Cui nunc correspondens exemplar

emplar Baptismi, nos quoque seruat (no  
quo carnis sordes abijciuntur, sed quo fit  
bona conscientia Deum interroget) per  
surrectionem Iesu Christi.

1. Corinth. 10. v. 1. 2. 3. 4. Nolim autem  
ignorare fratres, Patres nostros omnes  
illa nube fuisse, & omnes per mare transi-  
uisse: Et omnes in Mosen baptizatos  
nube & mari: & omnes eandem escam  
ritualem edisse: & omnes eundem potum  
spiritualem bibisse. Bibebant enim ex  
quente Petra spirituali: Petra verò erat  
Iesus.

## LXXIX.

*Cur ergò Christus panem  
appellat suum corpus, cali-  
cem verò suum sanguinem,  
seu nouum fœdus per suum  
sanguinẽ: Paulus item pa-  
nem & vinum, communio-  
nem corporis & sangui-  
nis Christi?*

Christus non sine  
gravi causa sic loqui-  
tur: videlicet, non  
solùm vt nos doce-  
at, quemadmodum

*Iohan. 6. v. 51.  
Ego sum panis  
uiticus, qui è cœ-  
descendi: si qui-  
ederit ex hoc pa-  
ne, viuet in æte-  
num. Et panem  
quẽ ego dabo, ca-  
ro mea est, quam  
ego dabo pro mi-  
di vita. Et v. 56.  
56. Caro mea verò  
est cibus, & san-  
guis meus verò est  
panis*



panis & vinum corporis vitam sustentant: sic etiam crucifixum suum corpus & effusum suum sanguinem, verè esse animæ nostræ cibum ac potum, quo ad vitam æternam nutriatur<sup>a</sup>. Verùm multò magis, vt hoc visibili signo ac pignore nobis certum faciat, nos non minùs verè, corporis & sanguinis sui, per operationem Spiritus sancti, participes esse, quàm sacra ista Symbola, in eius memoriam, ore corporis percipimus<sup>b</sup>. Tum etiam, quod eius passio & obedientia, tam certò nostra sit, quàm si ipsimet pro nostris peccatis poenas dedissemus, & Deo satisfacissemus,

potus. Qui edit meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo.

<sup>a</sup> 1. Corinth. 10. v. 16. 17. Poculum benedictionis cui benedicimus, nonè communio sanguinis Christi est? panis quem frangimus, nonè communio corporis Christi est? Quoniam vnus panis, vnum corpus multi sumus: nam omnes vnus panis participes sumus.

*80. Quid*

*Dominica*  
10.

LXXX.

*Quid interest inter Cœnam  
Domini, & Missam  
Papisticam?*

Cœna Domini nobis testatur, nos perfectam remissionem omnium nostrorum peccatorum habere, propter unicum illud Christi sacrificium, quod ipse met semel in cruce peregit <sup>a</sup>: Tum etiã nos per Spiritum sanctum inseri Christo <sup>b</sup>, qui iam secundum naturam suam humanam tantum in celis est ad dexteram Patris <sup>c</sup>, ibique vult à nobis adorari <sup>d</sup>, In Missa autem negatur, viuos & mortuos habere remissionem peccatorum,

<sup>a</sup> Heb. 7. v. 27. Talisenim decebat Pontificem pius, innocens, impollutus, legatus à peccatoribus, & sublimis in celis factus: Cui non sit quoties necesse, quemadmodum illis pontificibus, pro peccatis proprijs victimas offerre, deinde pro peccatis populi: Cui enim fecit semel cum semetipso obtulit.

Heb. 9. v. 12. Neque per sanguinem hircorum & vitulorum, sed per proprium sanguinem ingressus est semel in Sacramentum æternam redemptionem nactus. El. v. 25. 26. 27. Neque pro

propter unicā Christi passionem, nisi etiamnum quotidie Christus pro ipsis à Sacrificulis offeratur: Tum etiam docetur Christum corporaliter sub speciebus Panis & Vini esse ideoque in illis adorandū esse. Atque ita ipsum Missæ fundamentum, nihil aliud est, quàm abnegatio vnici illius sacrificij & passionis Iesu Christi, & execranda idololatria. Ita & Christus semel oblatus, vt multorū peccata tolleret, altera vice absque peccato conspicietur ijs qui ipsum expectant ad salutem.

Heb. 10. v. 10. Qua voluntate sanctificati sumus, per oblationem corporis Iesu Christi. Et v. 12. 13. 14. Hic verò vna pro peccatis oblata victima, in perpetuum sedet ad dex-

tram Dei: Id quod superest expectans, donec  
inimici eius, scabellum pedum eius fiat.  
Vnica enim oblatione consecrauit in per-  
petuum eos qui sanctificantur.

Iohan. 19. v. 30. Quum ergo accepisset  
Iesus acetum, dixit, consummatum est: et  
inclinato capite, tradidit spiritum.

Matth. 26. v. 28. Hoc est enim sanguis  
meus Novi testamenti, qui pro multis  
funditur in remissionem peccatorum.

Luc. 22. v. 19. 20. Hoc est corpus meum  
quod pro vobis datur, Hoc poculum est Novi  
testamenti, quod pro vobis effunditur.

1. Cor. 6. v. 17. Qui verò agglutinati  
sunt Domino, vnus Spiritus est.

1. Corint. 10. v. 16. 17. Poculum benedictionis  
cui benedicimus, nonne communio  
sanguinis Christi est? Panis quem frangi-  
mus, nonne communio corporis Christi  
est? Quoniam vnus panis, vnum corpus  
multi sumus: nam omnes vnus panis particeps  
sumus.

1. Corint. 12. v. 13. Etenim per vnum  
Spiritus nos omnes in vnum corpus baptiza-  
ti sumus: siue Iudæi, siue Græci, siue  
serui, siue liberi: & omnes vna potione  
baptizati sumus in vnum Spiritum.



\* Heb. 1. v. 3. Qui cum sit splendor gloriae, & character personae illius, sustineatque omnia verbo illo suo potente, purgatione peccatorum nostrorum per seipsum facta, sedit ad dextram maiestatis illius excelsissimae.

Heb. 8. v. 1. 2. Ceterum eorum quae dicimus haec summa est, Talem nos habere Pontificem, qui consedit ad dextram throni maiestatis illius caelestis. Sanctuarij minister ac veri illius tabernaculi, quod fixit Dominus, & non homo.

f Iohan. 4. v. 21. 22. 23. 24. Dicit ei Iesus, Mulier, crede mihi, venit hora, quando neque in monte hoc, neque Hierosolymis adorabitis Patrem. Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus: quia salus ex Iudaeis est. Sed venit hora, & nunc est, quum veri adoratores adorabunt Patrem Spiritu ac veritate: Etenim Patet tales quaerit qui ipsum adorent. Deus est Spiritus: & qui adorant eum, oportet ut Spiritu ac veritate adorent.

Iohan. 20. v. 17. Dicit ei Iesus, Ne me tangito: nondum enim ascendi ad Patrem meum, sed proficiscere ad fratres meos, & dic eis, Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum, & Deum meum & Deum vestrum.

Luc. 24. v. 52. 53. Ipsi autem adorato eo reuerſi ſunt in Hieruſalem cum gaudio magno. Erantque ſemper in templo, laudantes & benedicentes Deum.

Act. 7. v. 55. Quum autem eſſet plenus Spiritu ſancto, intentis in cœlum oculis, vidit gloriam Dei, & Ieſum aſtantem ad dextram Dei.

Coloſ. 3. v. 1. Itaque ſi reſurrexiſtis cum Chriſto, ſuperna quaerite, vbi Chriſtus eſt ad dextram Dei ſedens.

Philip. 3. v. 20. 21. Nos enim vt municipes cœlorum nos gerimus: vnde etiam Seruatoreſ expectamus Dominum Ieſum Chriſtũ. Qui transformabit corpus noſtrũ humile, vt conforme fiat corpori ſuo glorioſo, pro efficacitate qua poteſt etiam ſubiicere ſibi omnia.

1. Theſ. 1. v. 9. 10. Siquidem ipſi de nobis annunciant, qualem ingreſſum habuerimus ad vos, & quomodo conuerſi fueritis ad Deum, relictis idolis, vt ſeruiretis Deo viuo & vero: Et expectaretis Filium eius ex cœlis, quem excitauit à mortuis, nempe Ieſum qui liberat nos ab ira illa ventura.

¶ In can. Miſſæ. Item de conſecratione, diſtinct. 2.

LXXXI.

Quibus accedendum est  
ad mensam Do-  
mini?

Tantum ijs, qui  
verè dolent, se suis  
peccatis Deum of-  
fendisse: confidunt  
autem sibi ea pro-  
pter Christum re-  
missa esse: & quas re-  
liquas habent infir-  
mitates, eas passio-  
ne & morte illius  
obtectas esse, qui-  
que desiderant ma-  
gis ac magis in fide  
& integritate vitæ  
proficere. Hypocri-  
tæ autem, & qui non  
verè respiscunt, dā-  
nationem sibi edūt  
& bibunt <sup>1</sup>.

<sup>1</sup> 1. Corinth. 10.

v. 19. 20. 21. 22.

Quid ergo dico:  
idolum aliquid es-  
se, aut quod idolis  
immolatum est,  
aliquid esse? Imò  
*illud dico*, quæ im-  
molât gentes, Dæ-  
monijs immola-  
re, & non Deo.  
Nolim autem vos  
participes dæmo-  
niorum esse. Non  
potestis poculum  
Domini bibere,  
& poculum dæ-  
moniorum: non  
potestis mēse Do-  
mini participes es-  
se, & mensæ dæ-  
moniorum. Non-  
nè prouocamus  
ad iram Domi-  
num? num vali-  
diores eo sumus?

1. Corint. 11. v. 28. 29. Probet autem quis-  
que seipsum, & ita de pane illo edat, & de

poculo illo bibat. Nam qui edit & bibit indignè, damnationem sibi ipsi edit & bibit, non discernens corpus Domini.

## LXXXII.

*Sunt ne etiam illi ad hanc  
Cœnam admittendi, qui  
confessione & vita, se in-  
fideles, & impios esse  
declarant?*

Nequaquam :  
Nam eo pacto fœ-  
dus Dei profanatur,  
& ira Dei in vniuer-  
sum cœtum concita-  
tatur <sup>4</sup>. Quocirca  
Ecclesia, ex præscri-  
pto Christi & Apo-  
stolorum, hos, clavi-  
bus regni cœlorum  
utens, à cœna arce-  
re debet, quoad re-  
sipuerint & mores  
mutauerint.

<sup>1</sup> 1. Corinth. 11.  
v. 20. Itaque cum  
conuenitis in v-  
num, hoc non est  
Dominicam cœ-  
nam edere. Et v.  
34. Quod si quis  
esurit, domi edat,  
ne ad condemna-  
tionem conueni-  
atis.

Esai. 1. v. 11. 12. 13.  
14. 15. Vt quid mi-  
hi offertis multi-  
tudinem victima-  
rum vestrarum,  
dicit Dominus ?  
satur sum : holo-  
causta arietum, &  
adipem bubalo-  
rum, & sangui-  
nem vitulorum,  
& agnorum &  
hircorum nolui.  
Quum



Quum veniretis vt conſpiceremini coram me, quis quaſſuit hoc de manu veſtra, vt conculcaretis atria mea? Ne addatis offerre ſacrificium mendax: ſuffimentum abominatio eſt mihi: calendæ & ſabbathum, quod conuocetis conuocationem, non poſſum *ferre* iniquitatem cum cœtu. Calendæ veſtras & ſolennitates veſtras odio habuit anima mea, ſunt mihi oneri, fatigatus ſum ſuſtinendo. Et cum extendetis manus veſtras occultabo oculos meos à vobis: etiam cum multiplicabitis orationem, non audiam: *nam* manus veſtræ ſanguine plenz ſunt.

Esai. 66. v. 3. Qui immolat bouem, *perinde peccat atque* qui interficit virum: qui immolat pecus, *vt qui* iugulat canem: qui offert oblationem, *eſt vt qui offert* ſanguinem ſuilum: qui recordatur thuris, *vt qui* benedicit idolo. Etiam ipſi elegerunt vias ſuas & abominaciones eorum anima ipſorum dilexit.

Jerem. 7. v. 21. 22. 23. Sic dixit Dominus exercituum, Deus Iſrael, Holocausta veſtra addite victimis veſtris, & comedite carnes. Non enim ſum loquutus cum Patribus veſtris, nec præcepi eis die quo eduxi eos è terra Aegypti, de holocaustis & victimis. Sed verbum hoc præcepi eis, di-

cendo: Obtemperate voci meæ: & ero vobis in Deum, & vos eritis mihi in populum: & ambulate in omni via, quam præcepero vobis, vt benè sit vobis.

Psalm. 50. v. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. Inuoca me in die angustia: eruam te, & honorificabis me. Impio autem dixit Deus: Quid tibi, vt enarres statuta mea, & assumas pactum meum in os tuum? Tu verò odisti disciplinam, & proiecisti verba mea post te. Si vides furem, statim curris cum eo: & cum adulteris portio tua est. Os tuum mittis in malum: & lingua tua concinnat dolum. Sedes & contra fratrem tuum loqueris, contra filium matris tuæ das probrum. Hæc fecisti, & tacui: propterea existimasti, quod essendo ero sicut tu: sed arguam te, & ordinabo in oculis tuis quicquid fecisti. Intelligite quæso hoc, qui obliuiscimini Dei: ne fortè rapiam & non sir qui eruat. Qui sacrificat laudem, honorificabit me: & ponenti viam Dei coram se, ostendam salutem Dei.

*Dominica*

32.

LXX XIII.

*Quid sunt clauēs regni  
cælorum?*

*Predicatio Euan-*

*Matth. 16. v.  
18. 19. Sed & ego  
tibi dico: tu es Pe-  
trus, & super hanc  
gelij,*

gelij, & Ecclesiastica  
 disciplina : quibus  
 cœlum credentibus  
 aperitur : infideli-  
 bus autem claudi-  
 tur<sup>a</sup>.

petram ædificabo  
 meam Ecclesiam,  
 & portæ inferorū  
 non superabunt  
 eam. Et tibi dabo  
 clauēs regni cœ-  
 lorum : & quic-  
 quid ligaueris in  
 terra, erit ligatum in cœlis : & quicquid sol-  
 ueris in terra, erit solutum in cœlis.

Matth. 18. v. 18. Amen dico vobis, quæ-  
 cunque ligaueritis in terra, erunt ligata in  
 cœlo : & quæcunque solueritis in terra, erunt  
 soluta in cœlo.

LXXXIII.

*Quo pacto aperitur & clau-  
 ditur regnum cœlorum  
 prædicatione Euan-  
 gelij?*

Cùm ex manda-  
 to Christi credenti-  
 bus vniuersis & sin-  
 gulis, publicè annū-  
 tiatur, omnia pecca-  
 ta ipsis diuinitus  
 propter meritum

<sup>a</sup> Iohan. 20. v. 21. 22. Dicit ergo  
 eis iterum Iesus,  
 Pax vobis : sicut  
 misit me Pater, i-  
 ta & ego mitto  
 vos. Et cùm hæc  
 dixisset, afflauit,  
 & dixit eis, Acci-  
 pite Spiritum san-  
 ctum. Si quorum  
 remiseritis pecca-  
 ta, remittentur

Christi condonari, quoties promissionem Euangelij vera fide amplectuntur: Contrà verò omnibus infidelibus & hypocritis denuntiatur, tantisper ipsis iram Dei & æternam condemnationem incumbere, dum in suis sceleribus perseverant<sup>a</sup>: secundū quod Euangelij testimonium, Deus tam in præsentī, quàm in futura vita iudicaturus est.

## LXXXV.

*Quo pacto clauditur & aperitur regnum cælorum per disciplinam Ecclesiasticam?*

Cùm ex mandato Christi, ij qui nomine quidem sunt

eis: si quorum retinueritis, retenta sunt.

Matth. 16. v. 19.

Et tibi dabo claves regni cælorum: & quicquid ligaveris in terra, erit ligatum in cælis: & quicquid solueris in terra, erit solutum in cælis.

<sup>a</sup> Rom. 12. v. 7. & 9. Sive ministerium, versetur in ministrando: tum is qui docet in docendo: Tum qui exhortatur, in exhortatione: qui distribuit, cum sim-

Chri-



Christiani, verùm doctrina aut vita se ostendunt à Christo alienos<sup>a</sup>, postquam aliquoties fraternè admoniti ab erroribus aut flagitijs discedere nolunt, Ecclesiæ indicantur, aut ijs, qui ab Ecclesia ad eam rem sunt constituti, ac si ne horum quidem admonitioni pareant: ab ijsdem interdictione Sacramentorum, ex cœtu Ecclesiæ, & ab ipso Deo, ex regno Christi excluduntur: ac rursus si emendationem profiteantur, & re ipsa declarent: tanquam Christi & Ecclesiæ membra recipiuntur<sup>b</sup>.

plicitate: qui præest, cum diligentia: qui miseretur, cum hilaritate. Dilectio esto minimè simulata.

<sup>a</sup> 1. Cor. 12. v. 28.

Et alios quidem constituit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, deinde prophetas, tertio doctores, deinde constituit potestates, deinde dona sanationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum.

<sup>b</sup> Mat. 18. v. 15. 16

17. Si verò peccauerit in te frater tu<sup>9</sup>, veni & argue eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum:

tuum: Sin verò te non audierit, accipete eum adhuc vnum aut duos: vt in ore duorum aut trium testium stabile sit omne verbum. Quod si neglexerit eos audire, dic Ecclesie: quod si Ecclesiam audire neglexerit, fit tibi velut quispiam Ethnicus & quispiam publicanus.

1. Timoth. 5. v. 17. Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habentor: maximè qui laborant in sermone & doctrina.

2. Thessal. 3. v. 14. 15. Quòd si quis non auscultat nostro per epistolam sermone, hunc notate, & ne commercium habetis cum eo, vt eum pudeat. Neque vt inimicum ducite, sed admonete vt fratrem.

2. Iohan. 2. v. 10. 11. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non adfert, ne recipite eum in domum, nec Aue ei dicite. Qui enim dicit illi Aue, communicat operibus eius malis.

1. Corinth. 5. v. 3. 4. 5. Enimuerò ego vt absens corpore, præsens autem spiritu, iam vt præsens iudicavi, vt is qui hoc ita perpetravit, vobis & meo Spiritu in nomine Domini nostri Iesu Christi congregatis, cum potestate Domini nostri Iesu Christi, Eiusmodi inquam homo tradatur Satanæ ad interitum carnis, vt Spiritus saluus sit die illo Domini Iesu.

2. Corinth. 2. v. 6. 7. 8. Sufficit istiusmodi homini ista obiurgatio à pluribus profecta. Ut à contrario potius vos ei condonetis, eumque consolemini, ne quo modo redundante tristitia absorbeat vir huiusmodi. Quapropter precor vos, ut ratam faciatis in illum charitatem. Et v. 10. 11. Cui verò condonatis, & ego condono. Nam & ego si quid condonaui, cui non donauit, propter vos id feci, in conspectu Christi, ut ne occupemur à Satana. Non enim illius machinationes ignoramus.

## TERTIA PARS. *Dominica*

*de gratitudine.*

32.

LXXXVI.

Cum ab omnibus peccatis & miseris, sine vlllo nostro merito, sola Dei misericordia propter Christum liberati simus, quid est cur bona opera faciamus?

Quia postquam nos Christus suo sanguine redemit, re-

\* Rom. 6. v. 13.

Neque sistite membra vestra arma iniustitiæ peccato: sed sistite vos Deo, ut ex mortuis viuos, & membra vestra, arma iustitiæ Deo.

Rom. 12. v. 1. 2.

Precor igitur vos, fratres, per misericordiam  
nouat

nouat nos quoque suo Spiritu ad imaginem sui, vt tantis beneficijs affecti, in omni vita nos erga Deum gratos declaremus <sup>a</sup>, & ipse per nos celebretur <sup>b</sup>. Deinde vt nos quoque ex fructibus, de sua quisque fide certifimus <sup>c</sup>. Postremò, vt vitæ nostræ integritate alios Christo lucrifaciamus <sup>d</sup>.

rationes Dei, v  
sistatis corpora v  
stra hostiam viti  
sanctam, accept  
Deo, rationales  
illum cultum ve  
strum: Et ne con  
figuremini seculi  
isti, sed transfor  
memini per ren  
uationem mentis  
vestræ, ad hoc vt  
probetis quæ  
voluntas Dei, be  
na illa, accepta  
perfecta.

1. Pet. 2. v. 5. Ipse

quoque velut vitæ

vt lapides, ædificemini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum, ad offerendum spirituales hostias, acceptas Deo per Iesum Christum. Item v. 9. 10. Vos autem, gens electa, regale sacerdotium, gens sancta, populus, quem sibi Deus vt proprium vendicauit, vt virtutes prædicetis illius qui vos vocauit ex tenebris in admirabilem suam lucem. Qui quondam eratis non populus, nunc estis populus Dei: qui non consecuti misericordiam, nunc estis misericordiâ consecuti.

1. Cor. 6



1. Cor. 6. v. 19. 20. An ignoratis corpus vestrum esse templum Spiritus sancti, qui est in vobis, quem habetis à Deo, neque esse vestri iuris? Nam empti estis pretio: glorificate igitur Deum in corpore vestro, & in Spiritu vestro, quæ sunt Dei.

6 Matth. 5. v. 16. Ita splendeat lux vestra coram hominibus, vt videant vestra bona opera, glorificentque Patrem vestrum, qui est in cœlis.

1. Pet. 2. v. 11. 12. Dilecti, precor vt tanquam aduenz ac peregrini, abstineatis à carnis cupiditatibus, quæ militant aduersus animam: Et conuersionem vestram habeatis honestam inter Gentes: vt pro eo quod loquuntur aduersus vos maleficos, ex bonis operibus quæ spectarint, glorificent Deum die visitationis.

c 2. Pet. 1. v. 10. 11. Quapropter, fratres, potius studete vocationem & electionem vestram firmam efficere: hæc enim si feceritis, nunquam impingetis. Ita enim copiosè subministrabitur vobis introitus in æternum regnum Domini nostri & seruatoris Iesu Christi.

Matth. 7. v. 17. 18. Ita omnis arbor bona fert fructus bonos, putris autem arbor fert fructus malos. Non potest arbor bona fructus malos ferre, neque arbor putris bonos fructus ferre.

Gal. 5.

Galat. 5. v. 5. 6. Nos enim Spiritu ex fructu  
de spem iustitiæ expectamus. Nam in  
Christo Iesu neque circumcisio quicquam  
valet, neque præputium, sed fides per cha-  
ritatem agens. Item v. 22. 23. 24. 25. At fructus  
Spiritus, est charitas, gaudiū, pax, leni-  
tas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo,  
temperantia. Aduersus eos qui sunt eius  
modi, non est Lex. Qui enim sunt Christi,  
carnem crucifixerunt cum affectibus & cō-  
cupiscentijs. Si viuimus spiritu, spirituali-  
am incedamus.

<sup>d</sup> 1. Pet. 3. v. 1. 2. Similiter vxores subie-  
ctæ sint suis viris: vt etiam si qui nō obediunt  
sermoni, per vxorum conuersationem ab-  
que sermone lucrifiant: Vbi spectarint cum  
reuerentia *coniunctam* castam conuersatio-  
nem vestram.

Matth. 5. v. 16. Ita splendeat lux vestra cor-  
ram hominibus, vt videant vestra bona o-  
pera, glorificentque Patrem vestrum qui est  
in cœlis.

Rom. 14. v. 19. Nempe igitur quæ ad pa-  
cem faciunt sectemur; & quæ ad mutuam  
ædificationem.

LXXXVII.

1. Corinth. 6.

Non possunt igitur illi seruari, qui ingrati, & in peccatis securè persistentes, à sua prauitate ad Deum non conuertuntur?

Nullò modo.

Nam, vt scriptura testatur, nec impudici, nec idololatræ, nec adulteri, nec fures, nec auari, nec ebriosi, nec conuitiatores, nec raptores, hæreditatem regni Dei consequentur.

v. 9. 10. An ignoratis iniustos non esse hæreditatem Dei possessuros? Ne errate: neque scortatores, neque mœchi, neque molles, neque qui concumbunt cum masculis, neque fures, neque auari, neque conuitiatores, neque rapaces regni Dei hæreditatem possidebunt.

Ephes. 5. v. 5. 6.

Nam hoc nostis nullum scortato-

rem aut impurum, aut auarum, qui est idololatra, habere hæreditatem in regno Christi & Dei. Ne quisquam vos seducat inanibus sermonibus. Propter hæc enim venit ira Dei in contumaces.

1. Iohan. 3. v. 14. 15. Nos scimus nos translatos esse ex morte ad vitam, quia diligimus fratres: qui non diligit fratrem, manet

in morte. Quisquis odit fratrem suum, homicida est: & nōstis nullum homicidam habere vitam æternam in se manentem.

*Domini*

7.

LXXXVIII.

*Quibus partibus constat  
conuersio hominis ad  
Deum?*

Mortificatione  
veteris<sup>a</sup>, & viuifica-  
tiōe noui hominis.

Patris: ita & nos noua vita ambulemus. Nam si cum eo plantati coaluimus conformatione mortis eius, nimirum etiam resurrectionis *conformatione* coalescemus: Illud scientes veterem illum nostrum hominem cum eo crucifixum esse, vt eneruetur corpus peccati, ne posthac nos seruiamus peccato.

Ephes. 4. v. 22. 23. 24. *Nempe* deponere quod ad pristinam conuersationem attinet, veterem illum hominem, qui deceptibus cupiditatibus corrumpitur: Renouari verò spiritu mentis vestræ, Et induere nouum illum hominem, qui secundum Deum conditus est ad iustitiam & sanctimoniam veram.

<sup>a</sup>Roma. 6. v. 4.

5. 6. Sepulti igitur sumus vnà cum eo per Baptismū in mortem: vt sicut excitatus est Christus ex mortuis in gloriam



Colof. 3. v. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Mortificate igitur membra vestra terreftria, scortationem, impuritatem, mollitiem, cupiditatem malam & auaritiã, quæ est idololatria. Ob quæ venit ira Dei in filios contumaces. Quibus in *vitijis* & vos versabamini quondam, quum in ijs viueretis. At nunc deponite eam, iram, excandescentiã, malitiã, maledicentiã, verborum turpitudinem ab ore vestro. Ne mentimini aliud aduersus alium: quàm exueritis veterem illum hominem cum factis ipsius: Et indueritis nouum illum, qui renouatur in agnitionem congruentem imagini eius qui ipsum condidit.

1. Cor. 5. v. 7. Expurgate igitur vetus fermentum, vt sitis noua massa, sicut estis fermenti expertes. Etenim Pascha nostrum pro nobis sacrificatum est, *nempe* Christus.

2. Corinth. 7. vers. 11. Ecce enim istud ipsum, quod secundum Deum tristitia affecit, Et si fuistis, quantum in vobis effecit studium? imò defensionem, imò indignationem, imò timorem, imò vehemens desiderium, imò Zelum, imò vindicationem? Per omnia testatum fecistis vos esse puros in hoc negotio.

## LXXXIX.

*Quid est mortificatio veteris hominis?*

Verè & ex animo dolere, quod peccastis tuis Deum offenderis, easque magis ac magis odisse ac fugere <sup>a</sup>.

vestimenta vestra, & conuertimini ad Dominum Deum vestrum, quia misericors & miserator est, longanimis & multæ misericordiæ, & pœnitens super malum.

Osee. 5. v. 15. Et 6. v. 1. In tribulatione quaerant me, dicentes: Venite, & reuertemur ad Dominum: quia ipse rapuit, & liberabit nos: percussit, & alligabit nos.

## XC.

*Quid est viuificatio noui hominis.*

Vera lætitia in Deo per Christum <sup>a</sup>, & serium ac promptum studium instituendi vitam ex vo-

<sup>a</sup> Rom. 8. v. 13.

Nam si secundum carnem vixeritis, futurum est, & moriamini: sed si spiritu actione corporis mortificetis, viuetis.

Ioel. 2. v. 13.

scindite cor vestrum, nō autem

<sup>a</sup> Rom. 5. v. 1. Iustificati igitur ex fide, pacem habemus erga Deum per Dominum Christum.

Rom. 14. v. 17.  
Iun-

luntate Dei, omnia- Non enim est re-  
que bona opera ex- gnum Dei esca &  
ercendi <sup>b</sup>. potus, sed iustitia,  
& pax & gaudiū  
per Spiritum sanctum.

Esa. 57. v. 15. Quia sic dixit Excelsus & sub-  
limis habitans in seculum, & cuius nomen  
est Sanctus: excelsum locum & sanctum ha-  
bito, & cum contrito & humili spiritu, vt  
viuificem spiritum humilium, & vt viuificē  
cor contritorum.

<sup>b</sup> Rom. 6. v. 10. 11. Nam quòd mortuus est,  
peccato mortuus est semel: quòd autē viuit,  
viuit Deo. Ita etiam vos colligite, vos ipsos tū  
mortuos esse peccato, tum vero viuere Deo  
per Christum Iesum Dominum nostrum.

Galat. 2. v. 19. 20. Ego enim per Legem  
Legi mortuus sum, vt Deo viuerem. Vnā  
cum Christo crucifixus sum. Viuo autem  
non amplius ego, sed viuit in me Christus.  
Et vitam quam nunc viuo in carne, viuo  
per fidem Filij Dei, qui dilexit me & tradi-  
dit semetipsum pro me.

XCI.

Quæ sunt bona ope-  
ra?

Tantum ea, quæ

<sup>a</sup> Rom. 14. v. 23.

Quicquid ex fide  
non est, peccatū  
est.

L 3

ex vera fide <sup>a</sup>, secundum legem Dei fiunt <sup>b</sup>, & ad eius solius gloriam referuntur <sup>c</sup>, Non ea autem quæ à nobis opinione recti conficta, aut ab hominibus tradita sunt <sup>d</sup>.

<sup>b</sup> 1. Samuel. 7. v. 22. Dixit autem Samuel, Nūquid voluntas Domini est in holocaustis & victimis, in obtemperando voci Domini? Ecce parere quàm sacrificium, melius est: auscultare

quàm adeps arietum.

Ephes. 2. v. 10. Nam ipsius opus sumus conditi in Christo Iesu ad bona opera, quæ præparauit Deus, vt in eis versaremur.

<sup>c</sup> 11. Corinth. 10. v. 31. Siue igitur edicis, siue bibitis, siue quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.

<sup>d</sup> Deut. 11. v. 32. Custodite ergo, vt faciatis omnia statuta & iudicia quæ ego doceram vobis hodie.

Ezech. 20. v. 18. 19. In præceptis Patrum vestrorum ne incedatis, & iudicia eorum ne custodiatis, & in idolis eorum ne polluatis vos. Ego Dominus Deus vester: in præceptis meis ambulate, & iudicia mea custodite, & facite ea.

Esaï. 29. v. 13. 14. Dixit itaque Dominus. Propterea quòd appropinquauit populus iste



iste ore suo, & labijs suis honorauerunt me :  
 cor autem eius elongauit se à me : fuitque  
 timor eorum, *quo timuerunt me*, mandatum  
 hominum edoctum. Propterea *inquam* ecce  
 ego addam vt mira faciam in populo isto :  
 mira *inquam* & miraculum : peribitque sa-  
 pientia sapientium eius, & intelligentia in-  
 telligentium abscondet sese.

Matth. 15. v. 7. 8. 9. Hypocritæ, benè de  
 vobis prophetauit Esaias, dicens, Appro-  
 pinquat mihi populus hic ore suo, & labijs  
 me honorat : cor autem eorum procul ab-  
 est à me. Sed frustra me colunt, docentes  
 doctrinas, quæ sunt mandata hominum.

XCII.

*Quæ est Lex  
 Dei?*

Loquutus est  
 Deus omnia verba  
 hæc.

*Deut. 5. v. 4. 5.*

Facie ad faciem  
 loquutus est Do-  
 minus vobiscum  
 in eo monte è me-  
 dio ignis (Ego ve-  
 rò stabam inter  
 Dominum & vos

eo tempore, vt renuntiarem vobis verbum  
 Domini : timebatis enim à facie ignis : &  
 non ascendistis in montem) dicendo.

## Primum Præceptum.

*Ego sum Dominus  
Deus tuus, qui eduxit  
te ex Aegypto, domo  
seruitutis. Non habe-  
bis Deos alienos in con-  
spectu meo<sup>b</sup>.*

<sup>b</sup> Exod. 20. v. 3.  
3. Ego Dominus  
Deus tuus, qui e-  
dixi te è terra Mi-  
fraim, è domo ser-  
uorum. Non erunt  
tibi Dij alieni co-  
ram me.

Deut. 5. v. 6. 7. Ego Dominus Deus tuus,  
qui eduxi te è terra Aegypti è domo seruo-  
rum. Non erunt tibi Dij alij coram me.

## Secundum Præceptum.

*Ne sculpas tibi si-  
mulacrum, nec ullam  
imaginem effingas eo-  
rũ, quæ aut suprâ sunt  
in cælo, aut infrâ in  
terra, aut in aquis sub  
terra: neque incurues  
te illis, neque colas ea.  
Ego enim sum Domi-  
nus, Deus tuus, fortis,  
zelotes, vindicans pec-  
cata patrum in filijs,*

<sup>c</sup> Exod. 20. v. 4.  
5. 6. Non facies ti-  
bi sculptile neque  
ullam similitudi-  
nem eorum quæ  
sunt in cælo sur-  
sum, neque eorum  
quæ sunt in terra  
deorsum, neque  
eorum quæ in a-  
quis subter terrâ.  
Non incuruabis  
teeis, neque coles  
ea: Ego enim Do-  
idque

idque in tertia & quarta progenie eorum qui oderunt me: & misericordia utens in milliesimam eorum, qui diligunt me, & obseruāt praecepta mea <sup>c</sup>.

minus Deus tuus Deus zelotes, visitans iniquitatem patrum super filios, in tertiam & quartam generationem, odio habebis me: Et faciens misericordiā

millibus diligentibus me & custodientibus praecepta mea.

### Tertium praeceptum.

*Ne usurpes nomē Domini Dei tui temerè. Neque enim Dominus dimittet eum impunitum, qui nomen eius vanè usurpauerit* <sup>d</sup>.

<sup>d</sup> Exod. 20. v. 7. Non assumes nomen Domini Dei tui in vanū: quia non infontē habebit Dominus eum, qui assumpserit nomen eius in vanum.

Deut. 5. v. 11. Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum: non enim Dominus infontem habebit eum, qui acceperit nomē eius in vanum.

### Quartum praeceptum.

*Memento ut diē*

<sup>c</sup> Exod. 20. v. 8.

*Sabbathi sanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omne opus tuum: At septimo die Sabbathum erit Domino Deo tuo. Non facies vllum opus, nec tu, nec filius tuus, nec filia tua, nec seruus tuus, nec ancilla tua, nec iumentum tuum, nec aduena qui est intra portas tuas. Nam sex diebus fecit Deus cælum, terram, mare, & quacunque in ijs sunt, & requieuit die septimo, ideoque benedixit diei Sabbathi, & sanctificauit eum.*

9. 10. 11. Recordare diei Sabbathi, vt sanctifices illud. Sex diebus operaberis, & facies omne opus tuum. At die septimo Sabbathum erit Domino Deo tuo: non facies vllum opus, neque tu, neque filius tuus, neque filia tua, neque seruus tuus, neque ancilla tua, neque animal tuum, neque peregrinus tuus qui est in portis tuis. Sex enim diebus fecit Dominus cælum & terram, mare, & quacun-

que sunt in eis: & requieuit die septimo: ideoque benedixit Dominus diei Sabbathi, & sanctificauit eum.

Deut. 5. vers. 12. 13. 14. 15. Obserua diem sabbathi, vt sanctifices eum, quemadmodum



dum præcepit tibi Dominus Deus tuus. Sex diebus operaberis & facies omne opus tuum : Die autem septima, sabbatum erit Domini Dei tui : non facies vllum opus, tu, neque filius tuus, neque filia tua, neque seruus tuus, neque ancilla tua, neque bos tuus, neque asinus tuus, neque vllum iumentum tuum, neque peregrinus tuus qui *habitaauerit* intra portas tuas : vt requiescat seruus tuus & ancilla tua sicut tu. Et memineris quòd seruus fueris in terra Aegypti, & eduxerit te Dominus Deus tuus inde in manu valida, & brachio extento : idcirco, præcepit tibi Dominus Deus tuus, vt faceres diem sabbathi.

### Quintum præceptum.

f Exod. 20. v.

*Honora Patrẽ tuũ & Matrem tuam, vt diu uiuas in terra, quam tibi Dominus Deus tuus daturus est f.*

12. Honora patrẽ tuum & matrem tuam : vt prolongentur dies tui super terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi.

Deut. 5. v. 16. Honora patrem tuum & matrem tuam, quemadmodum præcepit tibi Dominus Deus tuus : vt prolongetur dies tui,

tui, & vt bene fit tibi super terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi.

Sextum præceptum.

*Non occides g.*                      g Exod. 20. v. 13

Non occides.

Deut. 5. v. 17. Non facies homicidium.

Septimum præceptum.

*Non committes a-*                      b Exod. 20. v. 14  
*dulterium b.*                      Non committes

adulterium.

Deut. 5. v. 18. Neque committes adulteri-  
um.

Octauum præceptum.

*Non furaberis i.*                      i Exod. 20. v. 15

Non furaberis.

Deut. 5. v. 19. Nec furaberis.

Nonum præceptum.

*Non dices contra*                      k Exod. 20. v.  
*proximum tuum fal-*                      16. Non loqueris  
*sum testimonium k.*                      aduersus proxi-

um tuum testi-

monium mendacij.

Deut. 5. v. 20. Neque dices in proximum  
tuum testimonium falsum.

Decimum

## Decimum præceptum.

*Non concupisces domum proximi tui, nec concupisces uxorem proximi tui, nec seruum eius, nec ancillam, nec bouem, nec asinum, nec quicquam eorum, quæ sunt proximi tui.*

<sup>1</sup> Exod. 20. v. 17.

Non concupisces domum proximi tui, non concupisces uxorem proximi tui, neque seruum eius, neque ancillam eius, neque bouem eius, neque asinum eius, nec quicquam eorum quæ sunt proximi tui.

Deut. 5. v. 21. Neque concupisces uxorem proximi tui, nec concupisces domum proximi tui, agrum eius aut seruum eius, aut ancillam eius, bouem eius, aut asinum eius, neque quicquam eorum quæ sunt proximi tui.

XCIII.

*Quomodo diuiduntur hæc præcepta?*

In duas tabulas <sup>a</sup>, quarum prior quatuor præceptis tradit, quo pacto nos

<sup>\*</sup> Exod. 34. v.

28. Fuit autem *Dominica* Moses ibi cum Domino quadraginta dies & quadraginta noctes: panem non edit & aquam non bibe-  
erga

erga Deum geramus: Posterior sex præceptis, quæ officia proximo debeamus<sup>b</sup>.

bit: & scripsit in tabulis verba fœderis, *id est*, decem verba.

Deut. 4. v. 13. Et renuñciauit vobis

factum suum quod præcepit vobis vt faceretis, decem verba, & scripsit illa in duabus tabulis lapideis.

Deut. 10. v. 3. 4. Feci igitur è lignis sicim, ac dolauì duas tabulas lapideas similes prioribus, ascendique in montem cum duabus tabulis in manu mea. Scripsitque in tabulis iuxta scripturam priorem, decem verba quæ loquutus fuerat Dominus vobiscum in monte ipso è medio ignis, in die illius congregationis, & dedit illas Dominus mihi.

<sup>b</sup> Matth. 22. vers. 37. 38. 39. Iesus autem dixit ei, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota cogitatione tua. Istud est primum & magnum mandatum. Secundum autem est huic simile, Diliges proximum tuum vt te ipsum.



xciiii.

Quid postulat Deus in  
primo prae-  
pro?

Vt, quàm mihi  
chara est salus ani-  
mæ meæ, tam studio  
sè vitem & fugiam  
omnem idololatri-  
am<sup>a</sup>, magiam, in-  
cantationem<sup>b</sup>, inuoca-  
tionem sanctorum,  
aut ceterarum crea-  
turarum<sup>c</sup>: vnicum  
autem & verum De-  
um rectè agnoscam<sup>d</sup>,  
ipsi soli fidam<sup>e</sup>,  
summa humilitate<sup>f</sup>,  
& patientia me illi  
subijciam<sup>g</sup>, ab eo  
solo omnia bona  
expectem<sup>h</sup>, deni-  
que intimocordis af-  
fectu ipsum amē<sup>i</sup>, re-  
uerar<sup>k</sup>, venerer<sup>l</sup>,

1. Cor. 6. v. 9.

10. An ignoratis  
iniustos non esse  
Dei hæreditatem  
possessuros? Ne er-  
rate: neque scorta-  
tores, neque ido-  
lolatæ, neq; mæ-  
chi, neque molles  
neque qui concū-  
bunt cū masculis,  
Neque fures, neq;  
auari, neque eбри-  
osi, neque conui-  
tatores, neque ra-  
paces, regni Dei  
hæreditatem pos-  
sidebunt.

1. Cor. 10. v. 7. Ne  
igitur idololatæ  
estote, sicut quidā  
eorū, vt scriptū est,  
Sedit populus ad  
edendū & biben-  
dū, & surrexerūt  
ad ludendū. Et v.  
14. Quapropter dē  
lecti mei, fugite  
ab idololatria.

aded

adeò vt omnibus  
potius creaturis re-  
nunciem, quàm vt  
vel minimum con-  
tra eius voluntatem  
commitam<sup>m</sup>.

<sup>b</sup> Leuit. 19. v. 26.  
Nec vertatis vos  
ad Pythones & ca-  
haruspices, ne cõ-  
sulatis eos, vt pol-  
luatis vos in eis  
Ego Dominus Deus  
uester.

Deut. 18. v. 10. 11. 12. Non inuenietur in te  
qui transire faciat filium suum aut filiam su-  
am per ignem, diuinans diuinationes, præ-  
stigiator, & augur, neque maleficus: Neque  
incantator, neque interrogans Pythone-  
neque magus, neque quærens à mortuis.  
Abominatio enim Domini est quicumque  
facit hæc, & propter abominationes istas  
Dominus Deus tuus eiecit illas à facie tua.

<sup>c</sup> Matth. 4. v. 10. Tum dicit ei Iesus, Abi-  
Satana, Scriptum est enim, Dominum De-  
um tuum adorabis, & ei soli seruias.

Apocal. 19. v. 10. Et cecidi ante pedes eius  
vt adorarem eum: sed dixit mihi: vide ne  
feceris: conseruus tuus sum, vnus ex fratri-  
bus tuis, qui habent testimonium Iesu  
Deum adora: testimonium enim Iesu est  
spiritus prophetiæ.

Apocal. 22. 8. 9. Ego verò Iohannes, is sum  
qui hæc audiui & vidi. Et quum audissem  
& vidissem, cecidi vt adorarem ante pedes  
Angeli

Angeli, qui mihi hæc ostendebat: Is verò dixit mihi, vide ne *feceris*: conseruus enim tuus sum, & vnus fratrum tuorum prophetarum, & eorum qui seruant verba libri huius Deum adora.

<sup>d</sup> Iohan. 17. v. 3. Hæc est autè vita æterna, vt te solum cognoscant *esse* Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.

<sup>e</sup> Ierem. 17. v. 5. Sic dixit Dominus, Maledictus vir qui fidit homini, & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor eius. Et v. 7. Benedictus vir qui fidit Domino, & est Dominus fiducia eius.

<sup>f</sup> 1. Pet. 5. v. 5. 6. Similiter iuniores subiecti estote senioribus, & omnes subijcimini vicissim. Modestia estote intus ornati. Nam Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiã. Submittite igitur vos ipsos sub potèti manu Dei, vt vos in tempore extollat.

<sup>g</sup> Heb. 10. v. 36. Nam patientia vobis est opus, vt vbi voluntatem Dei præstiteritis, reportetis promissionem.

Colos. 1. v. 11. Omni robore corroborati, secundum gloriosam vim ipsius, ad omnem rolerantiam & animi lenitatem cum gaudio.

Rom. 5. v. 3. 4. Neque *id* solum, sed etiam gloriamur in oppressiõibus, scientes quòd oppressio patientiam efficiat: patientia ve-

idò experientiam, experientia autem spes  
spes non pūdefacit.

*1. Corinth. 10. v. 10.* Neque murmurate, sicut quidam eorum murmurarunt, & perierunt ab exterminatore.

*Philip. 2. v. 14.* Omnia facite absque murmurationibus ac disceptationibus.

*b Psalm. 104. v. 27. 28. 29. 30.* Vniuersa ipsa in te sperant, vt des escam ipsorum in tempore suo. Das eis, colligunt: aperis manum tuam, saturantur bono. Abscondis faciem tuam, turbantur: aufers spiritum eorum, deficient, & in puluerem suum reuertuntur. Mittis spiritum tuum, creantur: & in nouas faciem terræ.

*Esai. 45. v. 7.* Ego Dominus & nullus est vltra: formans lucem & creans tenebras, faciens pacem & creans malum: Ego Dominus faciens omnia hæc.

*Iac 1. v. 17.* Omne munus bonum & omne donum est perfectum supernè, descendens à Patre luminum, apud quem non est transmutatio, aut conuersionis obumbratio.

*Deut. 6. v. 5.* Diliges ergo Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & tota anima tua, & tota fortitudine tua.

*Matth. 22. v. 37. 38.* Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota cogitatione tua. *Illud est*



est primum & magnum mandatum.

& Deut. 6. v. 2. Vt timeas Dominum Deum tuum, custodiendo omnia statuta eius, & præcepta eius quæ ego præcipio tibi, & filius tuus & filius filij tui, omnibus diebus vitæ tuæ: & vt prolongentur dies tui.

Pfalm. 111. v. 10. Principium sapientiæ, timor Domini: intellectus bonus omnibus facientibus ea; laus eius permanet in seculum.

Prouerb. 1. v. 7. Timor Domini principium scientiæ: sapientiam & eruditionem stulti neglexerunt.

Prouerb. 9. v. 10. Principium sapientiæ, timor Domini: & sapientia sanctorum intelligentia.

Matth. 10. v. 28. Ne timete *vobis* ab ijs qui trucidant corpus, animam autem non possunt trucidare: sed timete potius eum qui potest & animam & corpus perdere in gehenna.

Matth. 4. v. 10. Dominum Deum tuum adorabis & illi soli seruias.

Deut. 10. v. 20. 21. Dominum Deum tuum timebis, illum coles, illique adhærebis, & per nomen eius iurabis. Ipse est laus tua, & ipse est Deus tuus, qui fecit tecum magna & terribilia illa quæ viderunt oculi tui.

<sup>m</sup> Matth. 5. v. 29. 30. Quod si oculus tuus dexter facit vt tu offendas, erue eum & abijce abs te. Expedi enim tibi vt pereat vnum ex membris tuis, ac non totum corpus tuum conijciatur in gehennam. Et, si dextera tua manus facit, vt tu offendas, excinde eam, & abijce abs te. Expedi enim tibi, vt pereat vnum ex membris tuis, ac non totum corpus tuum conijciatur in gehennam.

Matth. 10. v. 37. 38. 39. Qui amat patrem aut matrem supra me, non est me dignus. Et qui amat filium aut filiam supra me, non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam, ac sequitur me â tergo, non est me dignus. Qui inuenerit animam suam, perdet eam: Et qui perdiderit animam suam mea causa, inueniet eam.

Act. 5. v. 29. Obedire oportet Deo potius quàm hominibus.

x c v.

*Quid est idololatria?*

Est loco vnus Dei, aut præter vnū illum & verum Deum, qui se in suo verbo patefecit, aliud quippiam fingere

<sup>e</sup> Ephes. 5. v. 5. Nam hoc nostis, nullum scortatorum aut impurum, aut auarum, qui est idololatra, habere hæreditatem in regno Christi & Dei.

aut

aut habere, in quo *1. Paralip. 16. v.*  
 spem reponas<sup>4</sup>. *26. Omnes enim*

*Dij populorum,*  
*idola: Dominus autem coelos fecit.*

*Philip. 3. v. 19. Quorum, hostium crucis, fi-*  
*nis est exitium: quorum Deus est venter,*  
*& gloria cum confusione ipsorum: qui ter-*  
*restria curant.*

*Galat. 4. v. 8. Imò tum quidem ignoran-*  
*tes Deum, seruibatis ijs qui natura non*  
*sunt Dij.*

*Ephes. 2. v. 12. Vos inquam, illo tempore*  
*fuisse absque Christo, alienos à Repub. Is-*  
*raëlis, & extraneos à pactis promissionis,*  
*spem non habentes, & Dei expertes in*  
*mundo.*

*1. Iohan. 2. v. 23. Quisquis negat Filium, is*  
*ne Patrem quidem habet.*

*2. Iohan. 1. v. 9. Quisquis transgreditur,*  
*nec manet in doctrina Christi, Deum non*  
*habet: qui manet in doctrina Christi, hic*  
*& Patrem & Filium habet.*

*Iohan. 5. v. 23. Qui non honorat Filium,*  
*non honorat Patrem, qui misit eum.*

xcvi.

*Quid postulat secundum*  
*Præceptum?*

*Ne Deum vlla i-*

*4 Deut. 4. v. 15.*

*16. 17. 18. 19. Cauete*  
*ergo diligenter a-*  
*nimabus vestris*

magine aut figura ex-  
primam<sup>a</sup>, nec vlla a-  
lia ratione cum cola-  
mus, quàm qua se in  
verbo suo coli præce-  
pit<sup>b</sup>.

(non enim vidi-  
stis vllam ima-  
ginem die quo  
loquutus est Do-  
minus ad vos in  
Horeb è medio  
ignis) Ne forte

corrumpatis *vias vestras*, & faciatis vobis  
sculptile, aut imaginem vllius simulachri  
*id est* effigiem masculi aut foeminae: Effigi-  
em cuiuscunque animalis, quod in terra de-  
gat: effigiem cuiuscunque alatae, quae volat  
per coelum: Effigiem cuiuscunque repenti-  
in terra: effigiem cuiuscunque piscis qui in  
aqua degat sub terra: Neque attollas oculos  
tuos in coelum, & videas solem, & lunam,  
& stellas, omnem militiam caeli, & imperi-  
laris, & incurues te illis, colasque ea, quae  
distribuit Dominus Deus tuus omnibus po-  
pulis sub toto caelo.

Esaiæ. 40. v. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25.  
Cui igitur assimilabitis Deum? & quam si-  
militudinem disponetis ei? Nonne sculpti-  
le conflatur faber, & aurifaber ex auro expan-  
dit illud, catenasque argenteas *conflatur* pro eo  
aurifex? Nonne pauper oblationi lignum,  
quod non putrescat, eligit: artificem peritum  
querit sibi ad præparandum sculptile, quod  
non dimoueat? An non scitis? nonne au-  
di-



distis? an non vobis annuntiatum est à principio? an non, an non intellexistis fundamenta terræ? Is sedet super spheram terræ, & habitatores eius sunt vt locustæ: qui extendit velut telam cœlos, & expandit eos tanquam tabernaculum ad habitandum. Qui ponit principes in nihilum, iudices terræ velut inane facit. Etiam non sunt plantati, neque sati sunt, neque etiam radices egit in terra truncus eorum: & etiam flat in eos et arescunt, turboque velut stipulam auferet eos. Cui inquam assimilabitis me & æquabor illi, dicit Sanctus?

Rom. 1 v. 23. 24. 25. Mutarunt enim gloriam incorruptibilis Dei in efformatam imaginem mortalis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & reptilium. Quam obrem etiam tradidit eos Deus cupiditatibus cordium ipsorum ad impuritatem, vt fœdarent corpora sua inter se: Vt qui Dei veritatem mutarint in mendacium, & coluerint ac seruiuerint rebus creatis, præterito creatore, qui est benedictus in secula, Amen.

Act. 17. v. 29. Progenies ergò Dei cum simus, non debemus existimare, auro aut argento, aut lapidi, sculptili artificij aut cõ-

mentationis hominum numen esse simile.

<sup>6</sup> 1. Samuel. 15. v. 23. Quia sicut peccatum diuinationis est rebellio: & idolum & cheraphim transgredi: eò quod contempisti verbum Domini, abiecit te ne sis Rex.

Deut. 12. v. 30. 31. 32. Cauet tibi ne illaquees te eundo post eas, postquam perierint à facie tua: ne inquiras de dijs earum, dicendo: Quomodo colebant gentes illæ Deos suos, & faciam sic etiam ego? Non facies sic Domino Deo tuo: quia omnem abominationem Domini quam odit, fecerunt Dijs suis: nam etiam filios suos & filias suas comburebant igni Dijs suis. Quicquid ego precipio vobis custodietis, vt faciatis: non addes ad illud, neque diminues ex eo.

Matth. 15. v. 9. Sed frustra me colunt, docentes doctrinas quæ sunt mandata hominum.

XCVII.

An nulla ergo prorsus fingende sunt imagines aut simulachra?

Deus nec vlla ratione effingi debet, nec potest: Creaturas autem, etsi expri-

Exod. 23. v. 24. 25. Non adorabis Deos eorū, neque coles eos, neque facies secundum opera eorum: sed destruendo destrues eos, mere

mere quidem licet: vetat tamen Deus earum imagines fingi, aut haberi, quò vel ipsas, vel Deum per ipsas colamus, aut honoremus<sup>a</sup>.

& confringendo confringes statuas eorum. Sed coletis Dominum Deum vestrum, & benedicet panì tuo, & aquis tuis: auferamque infirmitatem è medio tuo.

Exod. 34. v. 13, 14. Sed aras eorum diruetis, & statuas eorum confringetis, lucosque eorum succidetis. Non enim incuruabis te Deo alteri: nam Dominus, zelotes nomen eius, Deus zelotes est. Et v. 17. Deos conflatus non facies tibi.

Num. 33. v. 51, 52. Alloquere filios Israel, & dicaseis, cum transieritis Iarden ad terram Chenáan, Expellite omnes habitatores terræ à facie vestra, & perditè omnes picturas eorum, & omnes picturas conflaturarum eorum perdetis, omniaque excelsa eorum vastabitis.

Deut. 7. v. 5. Sed sic facietis eis, Altaria eorum destruetis, & statuas eorum confringetis, lucosq; eorum succidetis, ac sculptilia eorum comburetis igni.

Deut. 12. v. 3. Diruetisq; aras eorum, ac statuas earum confringetis, lucos item ea-

rum comburetis igni, & sculptilia Deorum earum concidatis, perdetisque nomen earum è loco ipso.

Deut. 16. v. 22. Neque eriges tibi statuam: id quod odio habet Dominus Deus tuus.

2. Reg. 18. v. 4. Ipse sustulit excelsa, & contriuit statuas, & succidit lucū, confregitque serpentem æreum quem fecerat Mose: quibus usque ad dies illos filij Israelis sufficiebant ei: & vocauit eum Nehustan.

## XCVIII.

*An autem in templis imagines tolerari non possunt, quæ pro libris sunt imperite multitudi-*

*dini?*

Minimè: neque enim decet nos sapientiores esse Deo, qui suam Ecclesiam non mutis simulacris <sup>a</sup>: sed viua prædicatione verbi sui vult erudiri <sup>b</sup>.

<sup>a</sup> Jerem. 10. v. 2.

9. 10. Et in vnum desipiunt, & stultè agunt: eruditio vanitatum lignum est. Argentum extensum de Tharsis affertur, & aurum de Vphaz, opus artificis & manuum aurificis, hyacinthus & purpura indumentum eorum: opus sapientum vniuersa sunt



sunt. Dominus autem Deus veritas est, ipse Deus vivens & Rex æternus: ab ira eius contremiscet terra, neque sustinebunt Gentes indignationem eius.

Habac. 2. v. 18. 19. Quid prodest sculptile, quòd sculpsit illud, fictor eius, aut conflatile, & quod docet mendacium, quòd speret fictor in figmento suo, vt faciat idola muta? Vx dicenti ligno, Expergiscere. & lapidi silenti, Excitare: num ipse docet? en copertus est auro & argento, nec vllus Spiritus est in eo.

<sup>b</sup> 2. Pet. 1. v. 19. Et habemus firmissimum sermonem propheticum: cui rectè facitis quòd attendatis, velut lucernæ splendenti in obscuro loco, vsque dum dies illucescat, & lucifer exoriatur in cordibus vestris.

2. Timoth. 3. vers. 16, 17. Tota scriptura diuinitus est inspirata, & utilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem quæ est in iustitia.

Vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum perfectè instructus?

*Dominica*

16.

XCIX.

*Quid sancit Deus tertio  
praecepto?*

Vt non solùm ex-  
ecrando, aut peie-  
rando <sup>a</sup>, verùm eti-  
am temerè iurando  
<sup>b</sup>, nomen Dei con-  
tumeliosè, aut irre-  
uerenter ne vsurpe-  
mus: neue tacendo  
aut conniundo,  
horrendis istis scele-  
ribus communice-  
mus: Sed sacrosan-  
cto Dei nomine  
non nisi summa  
cum religione & ve-  
neratione vtamur  
<sup>c</sup>, vt vera & constan-  
ti confessione <sup>d</sup>, in-  
uocatione <sup>e</sup>, omni-  
bus denique verbis  
& actionibus nostris  
ipse <sup>f</sup> celebretur.

<sup>a</sup> Leuit. 24. V.

10. 11. 12. 13. 14. 15.

16. Egressus est au-

tem filius mulie-

ris Israëlitidis, qui

erat filius viri Ae-

gyptij, in medio

filiorum Israel, &amp;

iurgati sunt in ca-

stris ipsis filius I-

sraëlitidis, &amp; vit

Israëlita. Et ex-

pressit filius mu-

lieris Israëlitidis

nomen &amp; male-

dixit: adduxe-

runtque eum ad

Moseh: nomen

autem matris e-

ius erat Selomith

filia Dibri, de tri-

bu Dan. Et po-

suerunt eum in

custodiam, vt ex-

poneret eis iuxta

sermonem Domi-

ni. Loquutus est

autem Dominus

ad Mosen, dicen-

do,

do, Educ blasphemum extra castra, & ponant omnes qui audierunt, manus suas super caput eius, & lapidatum vniversus cœtus. Ad filios autem Israël loquaris, dicendo, Quicumque maledixerit Deo suo, portabit iniquitatem suam. Et qui expresserit nomen Domini, moriendo morietur, lapidando lapidabunt eum vniversus cœtus: tam peregrinus, quàm indigena, cùm expresserit nomen, morietur.

Leuit. 19. v. 12. Et non iurabitis in nomine meo mendaciter, neque polluas nomen Dei tui: ego Dominus.

<sup>b</sup> Matth. 5. v. 37. Esto autem sermo vester, Etiam, etiam: non, non: quod autem supra hæc redundat, à malo est.

Jacob. 5. v. 12. Ante omnia autem, fratres mei, ne iurate, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud vllum iusiurandum: sit autem vestrum, est est, & non non, ne in cōdemnationem incidatis.

<sup>c</sup> Esai. 45. v. 23. Per me iuraui, egressum est de ore meo in iustitia verbum, & non reuertetur, quòd mihi curuabitur omne genu: per me iurabit omnis lingua.

<sup>d</sup> Matth. 10. v. 32. 33. Quisquis igitur confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo qui est in cœlis. Quisquis autem negauerit me coram homini-

minibus, negabo & eum ego coram Patre  
meo qui est in caelis.

<sup>e</sup> 1. Timoth. 2. v. 8. Velim igitur viros precari in quouis loco, puras manus attollentes absque ira & disceptatione.

<sup>f</sup> Rom. 2. v. 24. Nam Dei nomen propter vos blasphematur inter Gentes.

1. Timoth. 6. v. 1. Quicumque sub iugo summi serui, suos dominos omni honore dignoscunt cūto, ne nomē Dei & doctrina blasphemetur.

Colos. 3. v. 16. 17. Sermo Christi inhabitet in vobis copiosè cum omni sapientia, docendo & commonefaciendo vos murmurantibus, psalmis, hymnis & cantionibus spiritualibus, cum gratia canentes in corde vestro Domino. Et quicquid egeritis sermone aut facto, in nomine Domini Iesu facite, gratias agentes Deo & Patri per eum.

<sup>c</sup>.

*Est ne igitur aded graue peccatum iurando, aut dira imprecando, nomen Dei temerare, vt Deus etiam ijs succenseat, qui quantum in se est, illud non prohibent aut impediunt?*

*Certè grauisimū  
a. Neque enim vllū  
peccatum est ma-*

<sup>a</sup> Leuit. 5. v. 1.

*Quum autem anima peccauerit, id est audierit vocem iuramenti, & ipse sit testis quod aut viderit aut sciuerit, nisi renūtiauerit, feret penam iniquitatis suæ.*



ius, aut quod Deum  
gravius offendat,  
quàm sacri ipsius  
nominis contume-  
lia. Quocirca etiam  
id scelus morte mul-  
tari voluit <sup>b</sup>.

men Domini, moriendo morietur, lapidan-  
do lapidabunt eum vniuersus cœtus: tam pe-  
regrius: quàm indigena, cùm expresserit  
nomen moriatur.

CI.

*Potest ne quis etiam piè per  
nomen Dei iurare?*

Potest, cùm vel ma-  
gistrat<sup>9</sup> id exigit vel  
alioqui necessitas,  
hoc pacto fidem fir-  
mari, & veritatē sta-  
biliri postulat: quò  
& gloria Dei illustre-  
tur, & aliorum saluti  
consulatur. Nam e-  
ius generis iusiuran-  
dū, verbo Dei sanc-  
tur<sup>a</sup>, ideoque etiā

<sup>b</sup> Leuit. 24. v. 15  
16. Ad filios autē  
Israel loquaris, di-  
cendo, Quicumq;  
maldixerit Deo  
suo, portabit ini-  
quitatem suā, Et  
qui expresserit no-

<sup>a</sup> Deu. 6. v. 13. Do- *Dominica*  
minum Deū tuū <sup>37.</sup>  
timebis, & ipsum  
coles, ac per nomē  
eius iurabis.

Deu. 10. v. 20. Do-  
minum Deū tuū  
timebis, & ipsum  
coles, illique adhe-  
rebis, & per nomē  
eius iurabis.

Esa. 48. v. 1. Audi  
te hoc domus Iaa-  
cob, qui vocamini  
ex nomine Isra-  
elis: & de aquis Ie-  
hudah exierunt,  
qui iurant per

à sanctis in veteri & nouo foedere, rectè est vsurpatum <sup>b</sup>. nomen Domini & Dei Israelis cordantur, non veritate neque iustitia.

Heb. 6. v. 16. Nam homines quidem per eum iurant qui sit maior: atque ijsdem omnibus controuersia finis, est iusiurandum ad confirmationem *adhibitum*.

<sup>b</sup> Genes. 21. v. 24. Et dixit Abraham, Ego iurabo.

Genes. 31. v. 53. Deus Abraham, & dii Nahor iudicent inter nos, Deus *inquam* patrum. Iurauit itaque Iacob per pauorem patris sui Isaac.

Iosue. 9. v. 15. Et fecit cum eis Iosua pacem, ac percussit cum eis foedus quod sineret eos viuere: iuraueruntque eis principes congregationis. Et v. 19. Dixeruntque principes omnes ad vniuersam synagogam, Nos iurauimus eis per Dominum, Deum Israel, idcirco nunc non possumus attingere eos.

1. Sam. 24. v. 22. Nunc *inquam* iura mihi per Dominum, quod non abscindes semen meum post me, neque disperdas nomen meum de domo patris mei.

2. Sam. 3. v. 35. Venit autem vniuersus populus, ut cibaret Dauid pane cum adhuc esset dies: & iurauit Dauid dicendo, Sic faciat mihi hi

hi Deus, & sic addat si antequam occubue-  
rit Sol, gustauero panem, aut quicquam  
quantulumcunque fuerit.

1. Reg. 1. v. 29. 30. Et iurauit Rex, dicens,  
Viuat Dominus qui redemit animam meam  
de omni angustia, Quod quemadmodum  
iuravi tibi per Dominum Deum Israëlis,  
dicendo quod filius tuus Selomoh regnaturus  
esset post me, ita sedebit super solium  
meum pro me, quod *inquam* sic faciam ho-  
die.

Rom. 1. v. 9. Testis enim mihi est Deus,  
cui seruiuo spiritu meo in Euangelio Filij  
ipsius, quod indefinenter meminerim ve-  
stri.

2. Corinth. 1. v. 23. Ego verò testem Deum  
inuoco in animam meam, me *idcirco* non-  
dum venisse Corinthum, vt vobis parcam.

CII.

*Est ne licitum iurare per  
sanctos aut alias cre-  
aturas?*

Non: Nam legi-  
timum iuramentū,  
est inuocatio Dei,  
qua petitur, vt istan-  
quam vnicus cordi-

2. Corinth. 1.

v. 23. Ego verò te-  
stem Deum inuo-  
co in animam me-  
am, me *idcirco*  
nondum venisse  
Corinthum vt vo-  
bis parcam.

6 Matth. 5. v. 34.

35. 36. Ego verò di-

N

um inspector, testi-  
monium det verita-  
ti, & iurantem pu-  
niat, si sciens fallat  
<sup>a</sup>. Porro hic honos  
nulli creaturæ con-  
uenit <sup>b</sup>.

rosolyma, quia vrbs est magni regis: Neque  
per caput tuum: quia non potes vnum ca-  
pillum album aut nigrum facere.

Iacob 5. v. 12. Ante omnia autem, fratres  
mei, ne iurate neque per cœlum, neque per  
terram, neque vllum aliud iusiurandum: sit  
autem vestrum est, est, & non, non: ne in  
condemnationem incidatis.

*Dominica*

28.

CIII.

*Quid precipit Deus in  
quarto prece-  
pto?*

Primum, vt mi-  
nisterium Euange-  
lij & Scholæ confer-  
uentur <sup>a</sup>: vtque ego  
cum alijs, tum præ-  
cipuè festis diebus,

<sup>a</sup> Tit. 1. v. 5. Hu-  
ius rei gratia reli-  
qui te in Creta,  
vt quæ reliqua  
sunt pergas corri-  
gere, & constituas  
oppidatim pres-  
byteros, sicut ego  
tibi mandavi.

1. Timoth. 3. v.  
14. 15. Hęc tibi scri-  
bo, sperans fore,  
studi-



studiosè cætus diuinos frequentem *b*,  
 verbum Dei diligenter audiam *c*, vtar sacramentis *d*,  
 precibus publicis meas quoque preces adiungam *e*, pro facultatib<sup>9</sup> aliquid conferam in pauperes *f*. Deinde vt in omni vita à prauis actionibus vacem, Domino concedēs vt per Spiritum sanctum in me suum opus faciat, atque ita sempiternum illud Sabbathum in hac vita exordiar *g*,

vt celerius ad te veniam: Quòd si tardius venero, vt noris quomodo oporteat in domo Dei versari, quæ est Ecclesia Dei viui, columna & stabilimentum veritatis.

1. Corinth. 9. vers. 11 Si nos vobis spiritualia seminauim<sup>9</sup>, magnum fuerit si nos vestra carnalia messuerimus? Et v. 13. 14. An nescitis eos qui sacris operantur, *ea que ex sacrario sunt* edere? & qui altari assident, cum altari participare? Ita Dominus constituit ijs

qui Euangelium annunciant, vt ex Euangelio viuant.

2. Timoth. 2. v. 2. Et quæ audisti à me inter multos testes, hæc committe fidelibus hominibus, qui sint idonei ad alios quoque docendos.

2. Timoth. 3. v. 15. Te quæ à puero sacras literas nouisse, quæ te possunt sapientem reddere in salute, per fidem quæ est in Christo Iesu.

1. Timot. 4. v. 13. 14. 15. 16. Interim dum uenio, attende lectioni, exhortationi, doctrinæ. Ne negligito donum quod in te est, quod datum est tibi ad prophetandum, cum impositione manuum presbyterij. Hæc exerce, in his esto: ut tuus profectus manifestus sit inter omnes. Attende tibi ipsi & doctrinæ: persiste in istis. Id enim si feceris, & reipsum seruabis, & eos qui te audierint.

1. Timoth. 5. v. 17. Qui benè præfunt presbyteri, duplici honore digni habentur: maximè qui laborant in sermone & doctrina.

<sup>b</sup> Psalm, 40. v. 10. 11. Annuntiaui iusticiam in cœtu multo: ecce labia mea non prohibui, Domine tu nosti. Iusticiam tuam non abscondi in medio cordis mei: veritatem tuam, & salutem tuam dixi: non celauimiseri cordiam tuam & veritatem tuam in cœtu multo.

Psalm 68. v. 27. In congregationibus benedi-

nedicite Deo & Domino, vos qui estis ex vena Israel.

Actor. 2. v. 42. Erantque perdurantes in doctrina Apostolorum, & communicatio-  
ne, & fractione panis & precibus. Et v. 46.  
Et quotidie perdurantes concorditer in templo, ac frangentes domi panem, capiebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis.

<sup>c</sup> 1. Corinth. 14. v. 19. Sed in Ecclesia malim quinque verba ex intelligentia mea loqui, vt & alios instruam, quàm decem milia verborum lingua. Et v. 29. Prophetæ autem duo aut tres loquantur & alij dijudicent. Et v. 31. Potestis enim sigillatim omnes prophetare, vt omnes discant & omnes consolationem accipiant.

<sup>d</sup> 1. Corinth. 11. v. 33. 34. Itaque fratres mei, cum conuenitis ad vescendum, alius alium expectate. Quòd si quis esurit, domi edat: ne ad condemnationem conueniatis.

<sup>e</sup> 1. Timoth. 2. v. 1. 2. 3. Adhortor autem ante omnia, vt fiant deprecationes, preces, postulationes, gratiarum actiones pro quibusuis hominibus: pro regibus & quibusuis in eminentia constitutis: vt quietam ac quietam vitam agamus cum omni pietate & honestate. Nam hoc bonum & acceptum est coram seruatore nostro Deo. Et

vers. 8. 9. 10. Velim igitur viros precari in quouis loco, puras manus attollentes absque ira & discepratione. Itidem & mulieres amictu honesto, cum verecundia & modestia ornare sese, non cincinnis, vel auro, vel margaritis, vel pretioso vestitu. Sed (quod decet mulieres veritatem spondentes) operibus bonis.

1. Corinth. 14. vers. 16. Quandoquidem si benedixeris spiritu, is qui implet locum idiotæ quomodo dicturus est Amen ad tuam gratiarum actionem? nam quid dicas, nescit.

f 1. Corinth. 16. vers. 2. Primo quoque die hebdomadis vnusquisque vestrum apud se reponat, recondens quod pro Dei benignitate licuerit: ne cum venero, tum collectæ fiant.

§ Esa. 66. v. 23. Et erit vt de mense in mensem eius, & de sabbatho in sabbathum eius, veniat omnis caro, vt incuruet se coram me, dixit Dominus.

*Dominica*  
19.

CHIII.

*Quid nobis iniungit Deus  
in quinto precepto?*

*Vt parentibus,  
atque adeò o.*

4 Ephes. 6. v. 1.  
2. Liberi auscultate in Domino parentibus vestris: id enim est iustum. Honora patrem tuum & matrem.



mnibus qui nobis præfunt, debitum honorem, amorem & fidem præstemus, nosque ipsorum fidelibus præceptis & castigationibus ea, qua par est, obedientia submittamus <sup>a</sup>. Tunc etiam ut eorum vitia & mores nostra patientia toleremus <sup>b</sup>, illud semper cogitantes, Deum nos illorum manu velle ducere ac regere <sup>c</sup>.

Liberi, auscultate parentibus in omnibus: hoc enim gratum est Domino. Et v. 22. 23. 24. Serui, auscultate per omnia ijs qui Domini sunt secundum carnem, non obsequijs ad oculum exhibitis, ut qui hominibus placere student, sed cum simplicitate cordis, timentes Deum. Et quicquid feceritis, ex animo facite, tanquam Domino & non hominibus: Scientes à Domino vos recepturos

trè tuam: (quod est præceptum primum cum promissione) Ut benè tibi sit, & sis longævus super terram. Et v. 5. Serui auscultate ijs qui *vestri* Domini sunt secundum carnem cum timore ac tremore, cum simplicitate cordis vestri, ut Christo.

Colos. 3. v. 18.

Vxores subiectæ estote proprijs viris, ut convenit in Domino. Et v. 20.

esse mercedem hæreditatis: nam Domino Christo seruitis.

Ephes. 5. v. 22. Vxores proprijs viris subiectæ estote, vt Domino.

Prouerb. 1. v. 8. Audi fili mi eruditionem patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ.

Prouerb. 4. v. 1. Audite filij disciplinam patris: & attendite ad sciendam intelligentiam.

Prouerb. 15. vers. 20. Filius sapiens, Iustificat patrem: & stultus homo despicit matrem suam.

Prouerb. 20. v. 20. Audi consilium, & suscipe correctionem: vt sis sapiens in nouissimo tuo.

Exod. 21. vers. 17. Qui maledixerit patri suo aut matri suæ, moriendo moriatur.

Rom. 13. v. 1. Omnis anima potestatibus supereminentibus subiecta esto. Non enim potestas nisi à Deo: & quæ sunt potestates, sunt à Deo ordinatæ.

<sup>b</sup> Prouerb. 23. v. 22. Obtempera patri tuo, ipsi qui genuit te: & ne contempnas, quum senuerit mater tua.

Genes. 9. v. 24. 25. 26. Expergefactus verò Noah à vino suo, rescium quod fecisset sibi filius suus minor natu. Et dixit, Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis. Dixit præterea, Benedictus Dominus De-

Deus Sem, & fit Chenaàn seruus eius.

1. Pet. 2. v. 18. Famuli, subditi estote cum omni timore Dominis, non solum bonis & æquis, sed etiam prauis.

<sup>c</sup> Ephes. 6. v. 4. Et vos patres, ne prouocare ad iram liberos vestros, sed enutrite eos in doctrina & monitis Domini. Et v. 9. Et vos Domini eadem facite erga illos, remisissimis: scientes vestrum etiam ipsorum Dominum esse in cælis, nec personæ respectum esse apud eum.

Colos. 3. v. 19. Viri, diligite vxores, & ne sitis aduersus eas amarulenti. Et v. 21. Patres ne irritate liberos vestros: ne despondeant animum.

Rom. 13. v. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Itaque quisquis se opponit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi condemnationem auferent. Nam magistratus non sunt terrori bonis operibus, sed malis. Vis autem non metuere potestatem? quod bonum est, facito, & laudem ab ipsa obtinebis. Dei enim minister est tuo bono. Quod si feceris quod malum est, metue: non enim temerè gladium gestat. Nam Dei minister est, vltor ad iram ei, qui quod malum est, fecerit. Quapropter necesse est subijci, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam: si Propter hoc enim etiam tributa soluitis: si-

quidem ministri Dei sunt in hoc ipsum incumbentes. Reddite igitur omnibus quod debetis: cui tributum *debetur*, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.

Matth. 22. v. 21. Tunc dicit eis, Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.

cv.

*Dominica*  
40.

*Quid Deus flagitat in sexto præcepto?*

Vt proximum neque cogitatione, neque verbis, neque gestibus, nedum factis, vel per me vel per alium contumelia afficiam, aut oderim, aut lædam, aut occidam <sup>a</sup>: Sed omnem vindictæ cupiditatem abijciam <sup>b</sup>: Adhæc ne me ipsum lædam, aut sciens in aliquod

<sup>a</sup> Matth. 5. v. 21. 22. Audistis dictum fuisse antiquis, Non occides: quisquis autem occiderit, tenebitur iudicio. Ego verò dico vobis, quicumque irascitur fratri suo temere, tenebitur iudicio: quicumque verò dixerit fratri suo iraca, tenebitur confessu: quisquis autem dixerit, fatue, tenebitur gehenna ignis.

Matth. 26. v. 22. peri-



periculum conijci- Tunc ait Iesus,  
am<sup>c</sup>. Quocirca eti- Conuerte gladi-  
am ne cedes fierent, um tuum in locū  
Magistratum gladio suum : quicumq;  
armauit<sup>d</sup>, enim acceperint  
gladium, gladio  
peribunt.

Genes. 9. vers. 6 Qui effuderit sangui-  
nem hominis in homine, sanguis eius ef-  
funderur, quia ad imaginem Dei fecit ho-  
minem.

<sup>b</sup>Ephes. 4. vers. 26. Irascimini, & ne pec-  
cate : sol ne occidat super iracundiam ve-  
stram.

Rom. 12. v. 19. Non vosmetipsos vlciscen-  
tes, dilecti : sed date locum iræ. Scriptum est  
enim, Mihi est vltio : ego rependam dicit  
Dominus.

Matth. 5. vers. 25. Esto amicus aduersario  
tuo citò, dum es in via cum eo : ne quando  
te tradat aduersarius iudici, & iudex te  
tradat ministro, & in custodiam conijcia-  
ris.

Matth. 18. v. 35. Ita & Pater meus cœle-  
stis faciet vobis, nisi remiseritis suo quisque  
fratri ex cordibus vestras offensas eo-  
rum.

<sup>c</sup>Rom. 13. v. 14. Et carnis curam ne habe-  
te, ad explendas cupiditates.

Colof

Colo. 2. v. 23. Quæ ratione quidem habet sapientia in cultu voluntario, & summissione animi, & in eo quod corpori non parent: non tamen vllius sunt pretij, quum ad ea spectent: quibus farcitur caro.

Eccles. 3. v. 27. Cor pertinax malum tandem accipiet: & qui periculum amat, in illo peribit.

Matth. 4. v. 7. Non tentabis Dominum Deum tuum.

<sup>d</sup> Genes. 9. v. 6. Qui effuderit sanguinem hominis in homine, sanguis eius effundetur: quia ad imaginem Dei fecit hominem.

Exod. 21. vers. 14. Sin verò superbe egerit quispiam in proximum suum, ita vt occideam dolo, ab altari meo tolles eum, vt moriatur.

Matth. 26. v. 52. Conuerte gladium tuum in locum suum. Quicumque enim acceperint gladium, gladio peribunt.

Rom. 13. v. 4. Quod si feceris quod malum est, metue: non enim temerè gladium gestat. Nam Dei minister est, vltor ad iram ei, qui quod malum est fecerit.

CVI.

Atqui hoc præceptum so-  
lam eadem prohibere  
videtur ?

At eadem pro-  
hibendo, docet De-  
us, se radicem & ori-  
ginem cædis, iram  
scilicet <sup>a</sup>, inuidiam  
<sup>b</sup>, odium <sup>c</sup>, & vindi-  
ctæ cupiditatem o-  
disse, atque ea om-  
nia pro cæde duc-  
re <sup>d</sup>.

Inuidiæ, cædes, ebrietates, commestationes,  
& his similia: quæ prædico vobis, sicut præ-  
dixi, eos videlicet, qui talia agunt, regni Dei  
non fore hæredes.

<sup>e</sup> Rom. 1. v. 28. 29. 30. 31. 32. Et sicut non vi-  
sum est eis, Deum in notitia retinere: ita tra-  
didit eos Deus in mentem omnis iudicij  
expertem, vt facerent quæ minimè conue-  
niebat: oppleti omni iniustitia, scortatio-  
ne, avaritia, malitia: pleni inuidia, cæde,  
contentione, dolo, malignitate: Sufurrones,  
obtrectatores, Dei osiores, contumeliosi, su-  
perbi gloriosi, inuectores malorum, paren-  
tibus

<sup>a</sup> Iacob. 1. v. 20.

Nam ira viri iu-  
stitiam Dei non  
exequitur.

Galat. 5. v. 19.

20. 21. Porrò ma-  
nifesta sunt opera  
carnis: quæ sunt,  
adulterium, scor-  
tatio, impuritas,  
proteruia: Idolo-  
latria, venefici-  
um: inimititiæ,  
lis, æmulationes,  
iræ, contentiones,  
dissidia, hæreses,

tibus immorigeri, Desipientes, œdifi fragilitatis expertes, implacabiles, immisericordes. Qui post Dei iura cognita, (nemp̄ eos qui talia faciunt, dignos esse morte) non solum ea faciunt, sed etiam facientibus patrocinantur.

1. Iohan. 2. v. 9. 10. 11. Qui dicit se in lucem esse, & fratrem suum odit, in tenebris est, & que adhuc. Qui diligit fratrem, in lucem manet, & offendiculum in eo non est: Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat: & nescit quò eat, quia tenebrarum oculos ipsius obœcarunt.

1. Iohan. 3. v. 15. Quisquis odit fratrem suum, homicida est: & noster nullum homicidam habere vitam æternam in se habentem.

## CVII.

*An verò id satis est, nos neminem eo quo dictum est, modo occidere?*

Non est satis: dum enim Deus iram, inuidiam, odium damnat, postu-

Matth. 22. v. 39. Secundum autem simile est huic, Diliges proximum tuum, vult ipsum.

Matth. 7. v. 12. Quæcunque igitur volueritis, vult faciant vobis ho-



lat vt proximum æ-  
què ac nos ipsos di-  
ligamus <sup>a</sup>, & vt hu-  
manitate <sup>b</sup>, mansue-  
tudine, lenitate, pa-  
tientia <sup>c</sup>, & miseri-  
cordia <sup>d</sup>, erga eum  
vtamur, quodque ei  
damno esse possit,  
quantum in nobis  
est, auertamus <sup>e</sup>: Ad  
summam, ita ani-  
mo affecti simus, vt  
ne inimicis quidem  
benefacere dubite-  
mus <sup>f</sup>.

suerudine, cum animi lenitate, tolerantes  
alij alios per charitatem: Studentes seruare  
vnitatem Spiritus per vinculum pacis.

Galat. 6. v. 1. 2. Fratres, etiamsi præoccu-  
patus fuerit homo in aliqua offensa, vos spi-  
rituales instaurate huiusmodi hominem  
cum spiritu mansuetudinis: considerans  
temetipsum, ne & tu tenteris. Alij aliorum  
onera portate, & ita complete Legem Chri-  
sti.

mines, ita & vos  
facite eis. Ista e-  
nim est Lex &  
Propheta.

<sup>b</sup> Rom. 12. v. 10.

Fraterna charita-  
te alij ad alios a-  
mandos propen-  
si. Honore alij a-  
lijs præeuntes.

<sup>c</sup> Ephes. 4. v. 1.

2. 3. Precor itaque  
vos ego captiuus  
in Domino, vt  
ambuletis ita vt  
dignum est voca-  
tione qua vocati  
estis, Cum omni  
modestia ac man-

Matth. 5. v. 5. Beati mites: quoniam ipsi hereditatis iure terram possidebunt.

Rom. 12. v. 18. Si fieri potest, quantum in vobis est, cum omnibus hominibus in pace viuentes.

Matth. 5. v. 7. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur.

Lucæ. 6. vers. 36. Estote ergo misericordes prout & Pater vester misericors est.

<sup>d</sup>Exod. 23. v. 5. Si videris asinum odio habentis te decumbentem sub onere suo, & defines auxiliari ei; auxiliando auxiliaberis vnà cum illo.

<sup>e</sup>Matth. 5. v. 44. 45. Ego verò dico vobis diligite inimicos vestros, benedicite ijs qui deuouent vos, benefacite ijs qui oderunt vos, & præcamini ijs, qui vos infestant, & persequuntur vos: Vt sitis filij Patris vesteri qui est in cœlis. Facit enim vt sol suus exortatur super malos ac bonos, & pluit super iustos & iniustos.

Rom. 12. v. 20. 21. Itaque si esurit inimicus tuus, ciba eum: si sitit, da ei potum. Hoc enim si feceris, carbones ignis coaceruabis in caput eius. Ne vincitor ab eo quod malum est, sed vince bonitate

malitiam.

CVIII.

Quæ est sententia septimi  
præcepti?

Deum omnem  
turpitudinem ex-  
crari<sup>a</sup>: ideoque nos  
eam penitus odisse  
& detestari debere  
<sup>b</sup>: contraque tem-  
peranter, modeste  
& castè<sup>c</sup>, siue in sa-  
cro coniugio, siue  
in vita cælibe viuere  
oportere<sup>d</sup>.

tunc animæ quæ fecerint talia, excidentur è  
medio populi sui.

<sup>b</sup> Iudæ 1. v. 22. 23. Et alios quidem habito  
delectu commiseramini: alios verò terrore  
seruate, Ex flamma rapientes, odio haben-  
tes vel eam tunicam, quæ à carnis contactu  
fit maculata.

<sup>c</sup> 1. Thes. 4. v. 3. 4. 5. Nam hæc est voluntas  
Dei, nempe sanctificatio vestra, id est, vt absti-  
neatis à scortatione: Et sciant vestrum vnus-  
quisque suum vas possidere cum sanctifica-  
tione & honore: Non cum morbo cupidi-

<sup>a</sup> Leuit. 18. v. 27 *Dominica*

28. 29. (Omnes e-  
nim abominatio-  
nes istas fecerunt  
homines terræ,  
qui fuerunt ante  
vos, & polluta fu-  
it terra.) Et non e-  
uomet vos terra,  
quòd contamine-  
tiseam, quemad-  
modum euomit  
gentem quæ fuit  
ante vos. Quis-  
quis enim fecerit  
aliquam ex abomi-  
nationibus istis:

tatis, sicut Gentes quæ non nouerunt Deum.

<sup>d</sup> Heb. 13 v. 4. Honorabile est inter quosuis coniugium, & cubile impollutum. Scortatores autem & adulteros damnabit Deus.

1. Corinth. 7. v. 4. Vxor proprium corpus non habet in potestate, sed vir: similiter autem & vir proprium corpus non habet in potestate, sed vxor.

## CIX.

*Nihilne amplius prohibet Deus hoc præcepto. quàm adulterium. Et id genus turpitudes?*

Cùm corpus & animus noster templa sint Spiritus sancti: vult Deus vt vtrunq; purè, sanctè, & que possideamus. Ideoque facta, gestus, sermones<sup>a</sup>, cogitationes, cupiditates fœdas<sup>b</sup>, & quicquid hominem ad

<sup>a</sup> Ephes. 5. v. 3. 4. Scortatio verò & omnis impunitas aut auaritia, ne nominator quidè inter vos, sicut decet sanctos: & obscenitas & stultiloquium & dicacitas, quæ non conueniunt: sed potius gratiarum actio.

1. Corinth. 6. v. 18. 19. 20. Fugite scortationem. Omne peccatum quod fecerit homo ista



ista allicit, id vniuersum prohibet<sup>c</sup>.  
 mo, extra corpus  
 est: sed qui scorta-

tur, in proprium  
 corpus peccat. An ignoratis corpus vestrum  
 esse templum Spiritus sancti, qui est in vo-  
 bis, quem habetis à Deo, neque esse vestri  
 iuris? Nam empti estis pretio: glorificate  
 igitur Deum in corpore vestro, & in spiritu  
 vestro, quæ sunt Dei.

<sup>b</sup> Matth. 5. v. 27. 28. Audistis dictum fuisse  
 antiquis, Non mœchaberis. Ego verò dico  
 vobis; Quicumque aspicit mulierem vtre-  
 am concupiscat, iam adulterauit eam in  
 corde suo.

<sup>c</sup> Ephes. 5. v. 18. 19. Et ne inebriamini vi-  
 no, in quo luxus est, sed implemini Spiritu:  
 loquentes inter vos mutuo, per psalmos &  
 hymnos & cantiones spirituales: canentes  
 & psallentes in corde vestro, Domino.

1. Cor. 15. v. 33. Ne errate: Mores bonos,  
 commercia corrumpunt mala.

cx.

Quid vetat Deus in octauo  
 præcepto?

Non solum ea  
 furta<sup>a</sup> & rapinas<sup>b</sup>,

<sup>a</sup> 1. Corinth. 6. *Dominica*  
 vers. 10. Neque  
 429  
 fures, neque aua-  
 ri, neque ebriosi,  
 neque conuitiato-  
 res, neque rapa-  
 ces regni DEI

*b*, quas magistratus punit: sed furti nomine comprehendit, quicquid est malarum artium, & aucupiorū, quibus aliena captamus, & ad nos vi, aut specie recti transferre studemus *c*: qualia sunt, iniquum pondus *d*, iniusta vlna, in æqualis mensura *e*, fucosa merx, fallax moneta, vsura *f*, aut alia quæuis ratio aut modus rem faciendi à Deo interdictus. His adde omnem auaritiam *g*, & multiplicem diuinorū donorum profusionem & abusum *h*.

hæreditatem possidebunt.

*b* 1. Corinth. 5. v. 10. At non omnino cum scortatoribus mundi huius, aut cum auariis, aut cum rapacibus, aut idololâtris: alioquin debetis scilicet è mundo exire.

*c* Lucæ. 3. v. 14. Neminem concutite, neque calumniâmini: & contenti estote stipendijs vestris.

*d* 1. Theſ. 4. v. 6. Ne quis opprimat aut circumueniat in negotio fratrem suum. Nam vltor est Dominus omnium istorum, sicut & ante diximus vo-

bis ac testificari sumus.

*e* Prouerb. 11. v. 1. Statera dolosa est abomi-

ni.

minatio Domini, & pondus perfectum voluntas eius.

Prouerb. 16. v. 11. *Statera & balances iudicij Domini: opus eius sunt omnia pondera crumenæ.*

<sup>e</sup> Ezech. 45. v. 9. 10. Sic dixit Dominus Iehouah: Sufficiat vobis o principes Israël: iniquitatem & vastationem declinate, iudicium & iustitiam facite: auferte angarias vestras à populo meo, dixit Dominus. *Statera iusta, & epháh iustum, & bathus iustus erit vobis.*

Deut. 25. v. 13. 14. 15. Non erit tibi in loculo tuo pondus & pondus, maius & minus. Non erit tibi in domo tua, modius & modius, maior & minor. Pondus perfectum & iustum erit tibi: modius perfectus & iustus erit tibi: vt prolongent dies tuos super terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi.

<sup>f</sup> Psalm. 15. v. 5. Pecuniam suam non dat ad vsuram, & munus contra innocentem non accipit: qui facit hæc, non labetur in seculum.

Luc. 6. v. 35. Benefacite & mutuuum date, nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa, ac filij eritis illius Altissimi: nam ipse benignus est erga ingratos & malos.

<sup>g</sup> 1. Corinth. 6. v. 10. Neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque conuitiatores,

neque rapaces, regni Dei hereditatem possidebunt.

<sup>b</sup> Proverb. 5. v. 16. 17. Dispergant sese fontes tui foras: in plateis riuus aquarum: Sicut tibi soli, & non alienis tecum.

## CXI.

*Quæ sunt ea quæ Deus hinc iubet?*

Vt commoda & utilitates proximi, quantum possim, adiuuem & augeam: cum eo sic agam, ut mecum agi cuperem <sup>a</sup>: sedulo & fideliter opus faciam, ut aliorum quoque egestati subuenire queam <sup>b</sup>.

<sup>a</sup> Matth. 7. v. 12. Quæcunque igitur volueritis, ut faciant vobis homines, ita & vos facite eis. Ita enim est Lex & Prophetæ.

<sup>b</sup> Ephes. 4. v. 28. Qui furabatur, non amplius furetur, sed potius laboret, operando manibus quod bonum sit, ut possit impertiri cui opus fuerit.

*Dominica*

42

## CXII.

*Quid exigit nonum preceptum?*

*Ne aduersus quæ-*

<sup>a</sup> Proverb. 14. v. 5. Testis mendax non erit impunitus: & qui loquitur mendacia, piam



piam dicam falsum  
 testimonium <sup>a</sup>, nul-  
 lius verba calumni-  
 er <sup>b</sup>, nulli obtrectē,  
 aut conuicium faci-  
 am <sup>c</sup>, neminem te-  
 merè vel indicta  
 causa condemnem  
<sup>d</sup>: Verùm omnis ge-  
 neris mēdacia, frau-  
 des, vt opera Diabo-  
 li propria <sup>e</sup>, nisi in  
 me grauissimam i-  
 ram Dei concitare  
 velim, omni cura  
 fugiam <sup>f</sup>: In iudicijs  
 cœterisque negotijs  
 veritatem secter, &  
 id quod res est libe-  
 rē & constanter pro-  
 fitear <sup>g</sup>: Adhæc fa-  
 mam aliorum &  
 existimatōē, quā-  
 tum queam, defen-  
 dam & augeam <sup>h</sup>.

nō euadet. Et v. 9.  
 Testis mendax  
 non erit impuni-  
 t<sup>9</sup>. & qui loquitur  
 mēdacia, peribit.

Prouerb. 21. v.  
 28. Testis men-  
 dax peribit: at vir  
 qui audit, semper  
 loquetur.

<sup>i</sup> Psalm 15. v. 30.  
 Non detrahit lin-  
 gua sua, non facit  
 proximo suo ma-  
 lum, & opprobri-  
 um non accipit  
 contra propin-  
 quum suum.

<sup>k</sup> Rom. 1. v. 28.  
 29. 30. 31. 32. Et si-  
 cut non visum est  
 eis Deum in noti-  
 tia retinere: ita  
 tradidit eos Deus,  
 in mentem om-  
 nis iudicij exper-  
 tem, vt facerent  
 quæ minimè cō-  
 ueniebat: Opplēti

omni iniustitia, scortatione, improbitate, auaritia, malitia: pleni inuidia, caede, contentione, dolo, malignitate: Susurriones, obtretractores, Dei osiores, contumeliosi, superbi, gloriosi, inuentores malorum, parentibus immorigeri, desipientes, scdifragi, charitatis expertes, implacabiles, immisericordes. Qui post Dei iura cognita, (nempe eos qui talia faciunt, dignos esse morte) non solum ea faciunt, sed etiam facientibus patrocinantur.

<sup>d</sup> Matth. 7. v. 1. 2. Ne iudicate, vt ne iudicemini. Quo enim iudicio iudicatis, iudicabimini: & qua mensura metimini, vicissim metientur vobis.

Luc. 6. v. 37. Ne iudicate, & non iudicabimini: ne condemnate & non condemnabimini: absoluite & absoluemini.

<sup>e</sup> Iohan. 8. v. 44. Vos ex patre Diabolo estis, & cupiditates patris vestri vultis explere. Ille fuit homicida à principio, & in veritate non perstitit: non est enim veritas in eo. Quotiescunque loquitur mendacium, de suo loquitur, quia mendax est & mendacij pater.

<sup>f</sup> Prouerb. 12. v. 22. Abominatio Domino sunt labia mendacia: & in facientibus veritatem est beneplacitum eius.

Prouerb. 13. v. 5. Verbum mendax odio habet

habet iustus: impius autem feetere facit, & pudore afficit.

<sup>8</sup> 1. Cor. 13. v. 6. Charitas non gaudet iniustitia, gratulatur autem veritati.

Ephes. 4. v. 25. Quapropter deposito mendacio, loqui mini veritatem quisque proximo suo. Nam sumus alij aliorum membra.

<sup>6</sup> 1. Pet. 4. v. 8. Ante omnia verò charitatem alij in alios propensam habentes: nam charitas operiet multitudinem peccatorum.

## CXIII.

Quid prohibet decimum  
præceptum?

Ne vel minima cupiditate, aut cogitatione, aduersus vllum Dei præceptum corda nostra vnquam sollicitentur: sed vt perpetuò, & ex animo omne peccatum detestemur, contraque omni iustitia delectemur.

• Rom. 7. v. 78. *Dominica*

Quid ergò dicemus? Lex peccatum est? Absit. Imò peccatum nō cognoui, nisi per legem. Nam etiam cupiditatem non nossem, nisi Lex dixisset, Non concupisces. Sed peccatum occasione sumpta genuit in me omne cupiditatem per illud mandatum.

Nam absque lege peccatum est mortuum.

## EXIII.

Possunt ne autem illi, qui ad Deum conuersi sunt, hæc præcepta perfecte seruare?

Minimè: verùm etiam sanctissimi quique, quandiu uiuunt, habent tantùm exigua initia huius obedientiæ. Sic tamen, ut serio ac non simulato studio, non secundum aliqua tantùm, sed secundum omnia Dei præcepta, uiuere incipiant <sup>b</sup>.

lem: at ego carnalis sum, venditus ut subicerer peccato. Quod enim perpetro, non agnosco. Non enim quod uolo, hoc ago: sed quod odi, hoc facio.

Ecclesiast 7. v. 21. Profectò non est quisquam

1. Iohan. 1. v. 8.

9. 10. Si dixerimus nos peccatum non habere, nos ipsos fallimus, & ueritas in nobis non est. Si cõfiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, ut remittat nobis peccata nostra, & purget nos ab omni iniquitate. Si dixerimus nos non peccasse, mendacem facimus eum, & sermo eius non est in nobis.

Rom. 7. v. 14. 15.

Scimus enim Legem esse spiritua-



quam iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet.

<sup>6</sup> Rom. 7. v. 22. 23. Delector enim Legem Dei, quod ad interiorem hominem: Sed video altam Legem in membris meis, rebelantem legi mentis meæ, & captiuum reddentem me legi peccati, quæ est in membris meis.

Iacob. 2. v. 10. 11. Quisquis enim totam Legem seruauerit, offenderit autem in vno. omnibus tenetur. Nam qui dixit, Ne Mœcheris, dixit etiam, Ne occidas. Quod si non fueris mœchatus, occideris autem, factus es transgressor Legis.

CXV.

Cur igitur vult Deus legem suam ad eò exactè & seuerè predicari, cum nemo sit in hac vita, qui eam seruare possit?

Primum, vt in omni vita, magis magisque agnoscamus<sup>a</sup>, quanta sit naturæ nostræ ad peccandum propen-

<sup>a</sup> 1. Iohan. 1. v.

9. Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, vt remittat nobis peccata nostra, & purget nos ab omni iniquitate.

Psalm. 31. v. 5. Peccatum igitur meum notum feci tibi, & iniquitas,

sio, tantóque auidius remissionem peccatorum, & iustitiam in Christo expetamus<sup>b</sup>: Deinde, vt hoc perpetuò agamus, illud semper meditemur, & gratiam Spiritus sancti à Patre imploremus, quò indies magis ac magis ad imaginem Dei renouemur, donec aliquando tandem, postquam ex hac vita decesserimus, propositam nobis perfectionem læti assequamur<sup>c</sup>.

odio currunt, omnes quidem currere, sed vnum accipere præmium? sic currite vt comprehendatis. Porrò quisquis certat, in omnibus est continens. Illi quidem igitur vt perituram coronam accipiant, *sunt conti-*

tem meam non operui: dixi, Confitebor aduersum me prauaricationes meas Domino: & tu dimisti iniquitatem peccati mei.

<sup>b</sup> Rom. 7. v. 24.  
25. Miser ego homo: quis me eripiet ex isto corpore mortis? Gratias ago Deo per Iesum Christum Dominum nostrum. Nempe igitur ipse ego mēte quidem seruo Legi Dei, carne verò legi peccati.

<sup>c</sup> 1. Corinth. 9. v. 24. 25. An ignorantis eos qui in sta-

mentes : nos autem , vt incorruptam.

Philip. 3. v. 12. 13. 14. Nedum vt iam *metam* apprehenderim, aut iam perfectus sim : sed persequor *experiens* an quoque apprehendam, cuius etiam rei causa apprehensus sum à Christo Iesu. Fratres ego me ipsum nondum arbitror *metam* apprehendisse. Vnum autem ago, ea quidem quæ à tergo sunt obliuiscens, ad ea verò quæ à fronte sunt contendens, scopum versus feror, ad palmam supernæ vocationis Dei, in Christo Iesu.

## DE PRECA- TIONE.

*Dominica*

45.

CXVI.

Quare Christianis necessaria est precatio?

Quia præcipua pars est eius, quam Deus à nobis postulat, gratitudinis. Tū, quia illis tantum suam gratiam & Spiritum sanctum Deus largitur, qui veris

<sup>a</sup> Psalm. 50. v. 14. 15. Immola Deo laudem, & redde Altissimo vota tua. Et inuoca me in die angustiarum : eruam te & honorificabis me.

<sup>b</sup> Matth. 7. v. 7. 8. Petite & dabitur vobis : quægemi-

gemitibus, continē. ter hæc ab eo petūt, & pro ijs ipsi gratias agunt <sup>b</sup>.

rite & inuenietis: pulsate & aperietur vobis. Quisquis enim petit, accipit, & qui

querit, inuenit: & pulsanti aperietur.

Luc. 11. v. 9. Petite, & dabitur vobis: qui rite & inuenietis: pulsate & aperietur vobis. Quisquis enim petit, accipit: & qui querit, inuenit: & pulsanti aperietur. Et v. 13. Si vos igitur quum sitis mali, nostis bona dona dare liberis vestris: quantò magis Pater vester cœlestis dabit Spiritum sanctum, ijs qui ab eo petierint?

Matth. 13. v. 12. Quisquis enim habet, dabitur ei, & reddetur abundantior: quisquis autem non habet, etiam quod habet, tollitur ab eo.

Psal. 50. v. 15. Et inuoca me in die angustia: eruam te, & honorificabis me.

## CXVII.

*Quæ ad eam precationem requiruntur, quæ Deo placeat, quæque ab eo exaudiatur?*

Vt à solo vero Deo, qui se in verbo

\* Iohan. 4. v. 22. 23. 24. Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus: quia salus ex iudaïis est. Sed suo



Non patefecit<sup>a</sup>, omnia, quæ à se peti iussit, vero cordis affectu petamus<sup>b</sup>, ex intimo nostræ indigentiae ac miseriae sensu<sup>c</sup>, nos in conspectu diuinæ Maiestatis supplices abijciamus<sup>d</sup>, huic firmo fundamento innitiamur<sup>e</sup>, nos à Deo, quanquam indignos, propter Christum tamē certò exaudiri<sup>f</sup>, quem admodum nobis in suo verbo promissit<sup>g</sup>.

venit hora & nūc est, quum veri adoratores adorabūt Patrē Spiritu ac veritate: etenim Pater tales quarit, qui ipsum adorēt. De<sup>o</sup> est Spiritus: & qui adorant eum, oportet vt Spiritu ac veritate adorent.

<sup>b</sup> Rom. 8. v. 26.

27. Iridem autem & Spiritus vnā subleuat infirmitates nostras. Quid enim precemur vt oportet, non nouimus: sed ipse Spiritus interpellat pro nobis suspirijs innarrabilibus. Qui

verò scrutatur corda, nouit quis sit sensus Spiritus: quia secundum Deum interpellat pro sanctis.

1. Iohan. 5. vers. 14. 15. Et hæc est fiducia quam

quam apud Deum habemus, ipsum, si quid petierimus secundum voluntatem eius, nos audire. Quod si scimus eum audire nos, quicquid petierimus, scimus nos habere petitiones, quas ab eo petimus.

<sup>c</sup> Iohan. 4. v. 23. 24. Sed venit hora & nunc est, quum veri adoratores adorabunt Patrem Spiritu ac veritate: Etenim Pater tales quærit, qui ipsum adorent. Deus est Spiritus: & qui adorant eum, oportet ut Spiritu ac veritate adorent.

Psal. 145. v. 18. 19. 20. Propinquus est Dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus *inquam* qui inuocant eum in veritate. Voluntatem timenrium se facit, & clamorem eorum exaudit, ac seruat. Custodit Dominus omnes diligentes se: & omnes impios disperdet.

<sup>d</sup> 2. Para. 20. v. 12. Deus noster, nonne iudicabis eos? nulla est enim fortitudo in nobis coram multitudine multa hac quæ venit contra nos: nec nos scimus quid faciamus, sed in te sunt oculi nostri.

<sup>e</sup> Psalm. 2. v. 11. Seruite Domino in timore: & exultate in tremore.

Psal. 34. v. 19. Propinquus est Dominus contritis corde & attritos spiritu sancto.

Esaïæ. 66. vers. 2. Omnia ista namque manus mea fecit, & verbo meo facta sunt omnia.

omnia hæc, dixit Dominus: & cum hoc, respiciam ad pauperem & contritum spiritu, & ad tremementem ad verba mea.

f Rom. 10. v. 14. Quomodo igitur inuocabunt eum, in quem non crediderint? quomodo autem credent ei de quo non audierint? quomodo autem audient absque prædicante?

Rom. 8. v. 15. 16. Non enim accepistis Spiritum seruitutis, rursus ad metum, sed accepistis Spiritum adoptionis, per quem clamamus Abba, id est Pater. Qui ipse Spiritus testatur vñà cum Spiritu nostro, nos esse filios Dei.

Iacob 1. v. 6. 7. 8. Sed postulet cum fide nihil disceptans: nam qui disceptat, similis est fluctui maris, qui ventis agitur & iactatur. Ne igitur existimet homo ille, se, quicumquam accepturum à Domino. Vir animo duplici, inconstans est in omnibus vijs suis.

& Iohan. 14. v. 13. 14. 15. 16. Et quicquid petieritis in nomine meo, hoc faciam: vt glorificetur Pater in Filio. Si quid petieritis in nomine meo, ego faciam. Si diligitis me, mandata mea seruate. Ego autem rogabo Patrem, & alium consolatorem dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum.

Iohan. 15. v. 16. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & constitui vos vt abeuntes

fructum adferatis, & fructus vester maneat: ut quicquid petieritis à Patre in nomine meo, det vobis.

Iohan. 16. v. 23. Amen amen dico vobis, quæcunque petieritis à Patre meo, in nomine meo, dabit vobis.

Daniel. 9. v. 17. 18. Nunc igitur exaudi Deus noster orationem serui tui, & deprecationes eius, & illustra faciem tuam super sanctuarium tuum desolatum, propter Dominum. Inclina Deus meus aurem tuam & audi: aperi oculos tuos, & vide desolationes nostras, & urbem super quam inuocatum est nomen tuum: non enim in iustitijs nostris nos prosternimus deprecationes nostras in conspectu tuo, sed in miserationibus tuis multis.

Matth. 7. v. 8. Quisquis enim petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur.

Psal. 143. v. 1. Domine audi orationem meam, ausculta deprecationem meam propter veritatem tuam: exaudi me propter iustitiam tuam.

CXVIII.

*Quæ sunt ea quæ à se peti iubet?*

Omnia tum ani-

*Iacob. 1. v. 17*  
Omne munus bonum & omne donum est perfectum supernè, descendentem.



me tum corpori necessaria<sup>a</sup>, quę Dominus noster Iesus Christus ea precatione, quā nos ipse docuit, complexus est.

Matth. 6. v. 33.

Currite primò regnum Dei, & iustitiam eius, & ista omnia adijcientur vobis.

CXIX.

Quę est illa precatio?

<sup>a</sup> Matth. 6. v. 9.

Pater noster<sup>a</sup>, qui es in cœlis: Sanctificetur nomen tuum: Veniat regnũ tuum: Fiat voluntas tua, quem admodum in cœlo, sic etiam in terra: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: Et remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris: Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Quia tuũ est regnum, & potentia, & gloria, in secula. Amen.

10. 11. 12. 12. Vos igitur ita precamini: PATER noster qui es in cœlis: sanctificetur nomen tuum: Veniat regnum tuum: fiat voluntas tua, sicut in cœlo, ita etiam in terra: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: Et remitte nobis debita nostra, sicut &

& nos remittimus debitoribus nostris: Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Quia tuum est regnum, & potentia & gloria in secula. Amen.

Luc. 11. v. 2. 3. 4. Dixit autem eis, Quum precamini, dicite: PATER noster qui es in caelis: sanctificetur nomen tuum: veniat regnum tuum: fiat voluntas tua, sicut in caelo, sic etiam in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis in diem: Et remitte nobis peccata nostra: Etenim ipsi remittimus omnibus qui nobis debent: Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo.

## cxx.

*Dominica*  
46. *Cur precipit Christus, ut ita Deum compellemus, Pater noster?*

Vt statim in ipso precationis exordio, conuenientem Dei filijs reuerentiam & fiduciam erga Deum in nobis excitet, quæ nostræ precationis fundamentum esse debet:

<sup>4</sup> Matth. 7. v. 9. 10. 11. Nam quis est ex vobis homo, qui, si filius eius petierit ab eo panem, det ei lapidem? Et, si piscem petierit, nūc serpentem dabit ei? Si vos igitur cum sitis mali, nostis dona bona dare liberis vestris: quanto magis Pater vester nimi-

nimirum, Deū pro-  
pter Christum nobis  
Patrem esse factum,  
& quæ vera fide ab  
eo petimus, nobis  
multò minùs nega-  
re, quam parentes  
nostri, nobis bona  
terrena denegant <sup>a</sup>.

cœlestis, dabit bo-  
na ijs qui ab ipso  
petent?

Luc. 11. v. 11. 12.

13. Ecquis autem  
ex vobis pater, si  
filius *ab eo* petierit  
panem, lapidem  
ei dabit? aut si pi-  
scem, num propi-  
sce dabit ei serpē-

tem? Aut si petierit ouum, num dabit ei  
scorpium? Si vos igitur cum sitis mali, no-  
stis bona dona dare liberis vestris: quantò  
magis Pater vester cœlestis dabit Spiritum  
Sanctum ijs qui ab eo petierint?

CXXI.

Cur additur, *Qui es in  
cœlis?*

Ne de cœlesti ma-  
iestate Dei humile  
quippiam aut terre-  
num cogitemus <sup>a</sup>:  
simul etiam, ut abe-  
ius omnipotentia,  
quæcunque animo

<sup>a</sup> Jerem. 23. v.

23. 24. Nunquid  
Deus de propin-  
quo ego sum, di-  
xit Dominus, &  
non Deus de lon-  
ginquo? Num  
occultabit se quis-  
piam in occultis  
& ego non vide-  
bo eum dixit Do-  
minus? an non

& corpori sunt neces- cœlum & terram  
saria, expectemus <sup>b.</sup> ego impleo, dixit  
Dominus ?

Act. 17. v. 24. 25. 26. Deus qui fecit mun-  
dum & omnia quæ in eo sunt, quum sit cœ-  
li & terræ Dominus, in manufactis templis  
non habitat: Nec manibus hominû colitur,  
alicuius rei regens, quum ipse det omnibus  
vitam & halitum & omnia. Condiditque  
ex vno sanguine omne genus hominum, ut  
habitarent per vniuersam superficiem terræ,  
definitis tempestiuitatibus quas præstitit,  
& positis terminis habitationis eorum.

<sup>b.</sup> Roman. 10. vers. 12. Idem Dominus o-  
mnium, est diues in quosuis à quibus inuo-  
catur.

*Dominica*

47.

CXXII.

*Quæ est prima petitio ?*

*Sanctificetur nomē  
tuum : hoc est, Da  
principiò, ut te re-  
ctè agnoscamus <sup>a.</sup>,  
& lucentē in omni-  
bus operibus tuis o-  
mnipotentiam, sa-  
pientiam, bonita-*

<sup>a.</sup> Iohan. 17. v. 3.

Hęc est autem vi-  
ta æterna, ut te so-  
lū cognoscant esse  
Deum verum, &  
quem misisti le-  
sum Christum.

Ierem. 9. v. 23.

24. Sic dixit Do-  
minus, Ne iactet  
se se sapiens in sa-  
pientia sua, nec  
tem,



tem, iustitiam, misericordiam & veritatem tuam veneremur, prædicemus & celebremus<sup>b</sup>: Deinde, vt vniuersam vitam nostram, cogitationes, sermones & actiones, eò semper dirigamus, ne sanctissimum nomē tuum propter nos contumelia afficiatur, sed honore potius & laudibus illustretur<sup>c</sup>.

iactet sese potens in potentia sua, neque iactet sese diues in diuitijs suis. Sed in hoc iactet sese, qui se iactat, quòd intelligat & cognoscat me: quod ego sum Dominus qui facio misericordiam, iudicium & iustitiam in terra.

Jerem. 31. v. 33.

34. Dabo Legem meam in medio eorum, & in corde eorum descri-

bam eam: & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Nec docebunt vltra vnusquisque proximum suum, & vnusquisque fratrem suum, dicendo, Cognoscite Dominum: omnes enim cognoscent me à minimo eorum vsque ad maximum eorū, dixit Dominus.

Matth. 16. v. 17. Beatus es Simon bar-Iona: quia caro & sanguis hæc non retexit tibi, sed Pater meus qui est in cœlis.

Iacob 1. v. 5. Quòd si cui veſtrùm deest ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat eam omnibus benignè, nec exprobrat: & dabitur ei.

Pſalm. 119. v. 105. Lucerna pedi meo verbum tuum, & lumen ſemitæ meæ.

<sup>6</sup> Pſalm. 119. v. 137. 138. Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum. Præcepisti iuſtitiam teſtimonia tua, & veritatem valdè.

Luca. 1. v. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. Tum ait Maria: Magnificat anima mea Dominum, Et exultat ſpiritus meus ſuper Deo ſervatore meo: Quia reſpexit humilem ancillam ſuam. Ecce enim, ex hoc tempore beatam me prædicabunt omnes ætates: Quia magnificè mecum egit potens ille, cuius ſanctum eſt nomen: Et cuius miſericordia in omnes ætates parata eſt timentibus ipſum. Forte facinus fecit brachio ſuo: diſſipavit ſuperbos cogitatione cordis ipſorum. Detrahit potentes è thronis, & extulit humiles. Famelicos implevit bonis, & diuites ablegavit inanes. Suſcepit Iſrael puerum ſuum, vt memor eſſet miſericordiæ, Prout loquutus eſt Patribus noſtris, nimirum Abrahamo, & ſemini eius in æternum. Et v. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. Benedictus Dominus Deus Iſrael, quod inuiſerit & redemerit populum ſuum, & erexit cornu ſalutis nobis in domo David pueri ſui: Prout loquutus eſt,

est per os sanctorum, qui à seculo fuerunt, Prophetarum suorum, *Fore ut nos seruaret ex inimicis nostris, & è manu omnium qui oderunt nos.* Ut vteretur misericordia erga patres nostros, ac memor esset Testamenti sui sancti: Et iusiurandi quod iurauit Abrahamo patri nostro, *nimirum sedaturum nobis, Ut sine metu, è manu inimicorum nostrorum liberati, seruiremus ipsi, Cum sanctitate & iustitia in ipsius conspectu, cunctos dies vitæ nostræ.*

Psalm. 145. v. 8. 9. Clemens & miserator Dominus, tardus ad irascendum, & magnus misericordia. Bonus Dominus vniuersis, & misericordiæ super omnia opera eius.

Exod. 34. v. 6. 7. Et transiens Dominus ante eum clamauit, Domine, Domine fortis, misericors, & miserator, tardus ad iram, & multis misericordia & veritate. Seruans misericordiam millibus, auferens iniquitatem, & prauaricationem, & peccatum, & qui absoluendo non absoluat, visitans iniquitatem Patrum super filios, & super filios filiorum, super tertiam & quartam generationem.

Psalm. 143. vers. 1. 2. Domine audi orationem meam, ausculta deprecationem meam propter veritatem tuam, exaudi me propter iustitiam tuam: Et ne venias in iudici-

um cum seruo tuo: quia non iustificabit te in conspectu tuo omnis viuens. Et v. 5. Recordor dierum, qui fuerunt à principio: mentor in omni opere tuo, de opere manuum tuarum commentor. Et v. 10. 11. 12. Doce me facere voluntatem tuam, quia tu es Deus meus: Spiritus tuus bonus deducat me in terra recta. Propter nomen tuum Domine viuificabis me: propter iustitiam tuam educes de angustia animam meam. Et propter misericordiam tuam disperdes inimicos meos, & perdes omnes hostes animæ meæ, quia ego seruus tuus sum.

Jerem. 31. v. 3. *A longinquo tempore, inquit populus, Dominus apparuit mihi, Et Dominus ait, Charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te misericordia.*

Jerem. 32. vers. 18. 19. *Qui facis misericordiam in millibus, & reddes iniquitatem patrum in sinum filiorum eorum post eos, tu es Deus magnus, potens, Dominus exercituum nomen eius. Magnus consilio, & multus opere: quia oculi tui aperti sunt, super omnes vias filiorum hominum, vt des vnicuique secundum vias suas, & secundum fructum operum suorum. Et vers. 40. 41. Feriam quoque cum eis pactum sempiternum, quòd non reuertar à tergo eorum, vt benefaciam eis: Et timorem me-*  
um



nam dabo in corde eorum, vt non recedant à me. Et lætabor super eos benefaciendo eis, plantaboque eos in terra hac in veritate, toto corde meo, & tota anima mea.

Jerem. 33. vers. 11. Vox gaudij & vox lætitiæ, vox sponsi & vox sponsæ, vox dicentium, Confitemini Domino exercituum, quoniam bonus Dominus, quoniam in seculum misericordia eius: offerentium confessionem in domum Domini, quia reducam captiuitatem terræ, sicut in principio, dixit Dominus. Et vers. 20. 21. Sic dixit Dominus, Si irritum facere potestis pactum meum cum die, & pactum meum nocte, ita vt non sit dies & nox tempore suo: Etiam pactum meum irritum fiet cum Dauid seruo meo, vt non sit ei filius regnans super thronum eius, & cum Leuitis sacerdotibus, ministris meis.

Matth. 19. v. 17. Ipse verò dixit ei, Cur me dicis bonum? nullus est bonus, nisi vnus, nempe Deus.

Rom. 3. vers. 3. 4. Quid tum enim si quidam fuerunt increduli? Num incredulitas eorum fidem Dei inanem reddet? Absit: imo esto Deus verax, omnis autem homo mendax: sicut scriptum est, vt iustificeris

ris in sermonibus tuis, & vincas quando te iudicas.

Rom. II. v. 22. 23. Vide igitur benignitatem ac seueritatem Dei: in eos quidem qui ceciderunt, seueritatem: in te verò benignitatem, si permanseris in benignitate. Alioquin & tu excidèris. Sed & illi, si non permanserint in infidelitate, inferentur: potest enim Deus eos rursum inserere.

2. Timoth. 2. v. 19. Solidum tamen fundamentum Dei stat, habens sigillum hoc: Nouit Dominus qui sint sui: & Discedat ab iniustitia omnis qui nominat nomen Christi.

Psal. 115. v. 1. Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam, propter misericordiam tuam, propter veritatem tuam.

Psal. 71. v. 8. Repleatur os meum laude tua, tota die gloria tua.

## CXXIII.

Dominica

41.

*Quæ est secunda petitio?*

*Veniat regnum tuum: hoc est, regas nos ita verbo & Spiritu tuo, vt nos tibi magis magisque subij-*

Matth. 6. v. 33.

Quærite primò regnum Dei, & iustitiam eius, & cetera omnia adiicientur vobis.

Psal. 119. v. 112. Utinam firmemur in veritate tua.

ciamus <sup>a</sup>. Conserua  
& auge Ecclesiã tuam  
am <sup>b</sup>, destrue opera  
diaboli, omnem-  
que potentiam se  
aduersus maiestatem  
tuam efferentem:  
Irrita fac omnia cõ-  
silia, que contra ver-  
bum tuum capiun-  
tur <sup>c</sup>, quoad plenè  
tandem ac perfectè  
regnes <sup>d</sup>, cum eris  
omnia in omnib<sup>9</sup> <sup>e</sup>.

tur viq̃ meq̃ ad cu-  
stodiendum sta-  
tura tua.

Psal. 143. v.  
10. Doce me face-  
re voluntatem tu-  
am, quia tu es De-  
us meus: Spiritus  
tuus bonus dedu-  
cat me in terra re-  
cta.

<sup>b</sup> Psal. 51. v. 20.  
Benefac in volũ-  
tate tua ipsi Sion,  
& edifices muros Ie-  
rusalaim.

Psal. 122. v. 6.

7. Postulate pacem Ierusalaim: prosperè a-  
gant diligentes te. Sit pax in antemurali  
tuo: prosperitas in palatijs tuis.

<sup>c</sup> 1. Iohan. 3. v. 8. Ad hoc patefactus est Fili-  
us Dei, vt dissoluat opera Diaboli.

Roman. 16. vers. 20. Porrò Deus pacis  
princeps conteret Satanam sub pedes vestros  
citò.

<sup>d</sup> Apocalyp. 22. v. 17. Et Spiritus & sponsa  
dicunt, Veni. Et qui audit, dicat, Veni. Et  
qui sitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam  
vitæ, gratis. Et vers. 20. Dicit qui testatur  
ista:

ista: Etiam venio citò, Amen. Etiam veni Domine Iesu,

Roman. 8. vers. 22. 23. Scimus enim omnes res creatas vnà suspirare, & vnà parturire ad hoc vsque tempus: Neque verò illa solum, sed & ipsi qui primitias Spiritus habemus, nos ipsi, inquam, apud nos ipsos suspiramus, ad optionem expectantes, id est redemptionem corporis nostri.

1. Cor. 15. v. 28. Postquam verò subiecta fuerint ei omnia, tunc & ipse Filius subijcietur ei, qui subiecit sibi omnia, vt Deus sit omnia in omnibus.

## CXXIII.

Dominica  
49.

Qua est tertia petitio?

*Fiat voluntas tua, quemadmodum in caelo, sic etiam in terra:* hoc est, Da, vt nos & omnes homines, voluntati propriae renuntiantes<sup>a</sup>, tuae voluntati, quae sola est sancta, promptè & sine vilo murmure pareamus<sup>b</sup>, atque i-

Matth. 16. v. 24. Tunc dixit Iesus discipulis suis, Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, ac sequatur me.

Tit. 2 v. 11. 12. Illuxit enim gratia illa Dei salutifera omnibus hominibus: Erudiens nos vt abnegata

ra sua-



ra singuli mandatū nobis munus fideliter & alacriter exequamur <sup>c</sup>, quemadmodum faciunt angeli in cœlo <sup>d</sup>.

impietate & mundanis cupiditatibus, temperanter & iustè & piè vivamus in præsentis seculo.

<sup>b</sup> Luc. 22. v. 42.

Pater, si vis, transfer poculum hoc à me: veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat.

<sup>c</sup> 1. Cor. 7. v. 24. Vnusquisque in quo vocatus fuit, fratres in hoc maneat apud Deum.

<sup>d</sup> Psalm 103. v. 20. 21. Benedicite Domino Angeli eius fortes robore, facientes verbum eius, ad obtemperandum voci verbi eius. Benedicite Domino omnes exercitus eius, ministri eius facientes voluntatem eius.

CXXV.

<sup>a</sup> Psalm. 145 v. Dominica

*Quæ est quarta petitio?*

15. 16. Oculi om- 30.

*Panē nostrum quotidianum da nobis hodie: hoc est, suppedita nobis omnia, quæ sunt ad hanc vitam necessaria <sup>a</sup>, vt per ea agnoscamus, te vnicum fontem esse,*

nium in te sperant, & tu das illis escam suam in tempore suo. Aperis manum tuam, & saturas omne vivens ad voluntatem.

Psalm. 104. v.

ex quo omnia bona emanant<sup>b</sup>, ac nisi tu benedicas, omnem nostram curam & industriam, atque adedò tua ipsius dona, nobis infelicia & noxia esse<sup>c</sup>. Quapropter da, vt fiduciam nostrã ab omnibus creaturis auersam, in te solo colloce-  
mus<sup>d</sup>.

induendi. Nonne anima plus est quam alimen-  
tum, & corpus quàm vestitus? Inueni-  
mini in volucres cœli: non ferunt enim,  
neque metunt, neque cogunt in horrea, &  
Pater vester cœlestis alit eas: nonne vos  
multò præstatis eis?

<sup>b</sup> Actor. 17. v. 27. 28. Vt quærerent Deum  
si fortè palpando eum inuenirent: quan-  
quam profectò non longè abest ab vnoquo-  
que nostrum. Per ipsum enim viuimus &  
mouemur & sumus.

Actor. 14. v. 17. Quanquam non passus est  
se esse expertem testimonij, nobis benefacien-  
do, dans nobis cœlitus pluuios ac tempora  
fructi-

27. 28. Vniuersa in  
psa in te sperant  
vt des escam ipso-  
rum in tempore  
suo. Das eis, colligunt:  
aperis manum tuam, saturantur bono.

Matth. 6. v. 25.  
26. Ne estote solliciti  
de anima vestra, quid esuri-  
tis aut bibituris: neque  
de corpore vestro, quare sitis

fructifera, & lætitia corda nostra.

<sup>c</sup> 1. Cor. 15. v. 58. Itaque fratres mei dilecti, firmi estote, immoti, abundantes in opere Domini semper, quum sciatis laborem vestrum non esse inanem in Domino.

Deut. 8. v. 3. Et afflixit te, ac esurire te fecit, postea pavit te Man, quòd non noueras, neque nouerant patres tui: vt scire faceret te, quod non in pane solo viuet homo, sed omni eo quod egreditur ex ore Domini, viuet homo.

Psal. 37. v. 16. 17. Melius est paululum iusto, quàm diuitiæ impiorum multæ. Quia brachia impiorum confringentur: sustentat autem iustos Dominus. Et v. 37. Obserua perfectum *hominem*, & vide rectum: quia nouissimum *tali viro pax*.

<sup>d</sup> Psalm. 62. v. 11. Ne fidatis calumniæ & rapinæ, neq; euanescat: substantia si multiplicetur, ne ponatis cor.

Psal. 55. v. 23. Projice super Dominum pondus tuum, & ipse sustentabit te: non dabit in seculum nutationem iusto.

CXXVI.

Quæ est quinta petitio?

Remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitori-

<sup>a</sup> Psalm. 51. v.

*Dominica*

1. 2. 3. Miserere mei Deus secundum misericordiam tuam, secundum mul-

51.

Q

*bus nostris*: hoc est, nobis miseris peccatorib<sup>9</sup>, omnia peccata nostra, atq; eam etiam prauitatem, quæ in nobis etiam nū heret, propter Christi sanguinē ne imputes<sup>a</sup>: quem admodum nos quoque hoc tuæ gratiæ testimonium in cordibus nostris sentimus, quòd firmiter nobis propositū habemus, omnibus, qui nos offenderūt, ex animo ignoscere<sup>b</sup>.

scribo vobis, ne peccetis. Quod si quis peccauerit, aduocatum apud Patrem habemus, Iesum Christum iustum. Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris: nec pro nostris solum sed etiam pro totius mundi peccatis.

<sup>b</sup> Matth. 6. v. 15. 16. Nam si remiseritis hominibus offensas ipsorum, remittet etiā vobis

titudinē miserarum tuarū de le prauaricationes meas. Multiplica lauare me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me. Quoniam prauaricationes meas ego agnosco, & peccatum meum coram me est semper.

Psalm. 143. v. 2.

Et ne venias in iudicium cū seruo tuo: quia non iustificabit se in conspectu tuo omnis viuens.

1. Iohan. 2. v. 1.

2. Filioli mei, hæc



bis Pater ille vester cœlestis: Sin autem non remiseritis hominibus ipsorū offensas, nec Pater vester remittet vobis offensas vestras.

CXXVII.

*Quæ est sexta petitio?*

*N*e nos inducas in tentationē, sed libera nos à malo: hoc est, quoniā ipsi natura adeo debiles & infirmi sumus, vt ne momento quidem subsistere possim<sup>a</sup>: infensissimi autem hostes nostri, Satan<sup>b</sup>, mūdus<sup>c</sup>, ac nostra ipsorum caro<sup>d</sup>, nos continenter oppugnant: tu nos sustētes, & Spiritus tui robore firmes, ne in hoc Spirituali certamine succūbamus<sup>e</sup>, sed tātisper illis fortiter resistamus, donec integram tandē victoriam obtineamus<sup>f</sup>.

<sup>a</sup> Iohan. 15. v. 5.

Sine me nihil potestis facere.

*Dominica*

52.

Psalm. 103. v. 14

15. 16. Quia ipse cognoscit figmentū nostrum, recordatur quòd puluis sumus. Hominis sicut herba sunt dies: sicut flos agri, sic floret. Quoniam ventus trāfit in illum, & nō est, nec agnoscit eum vltra loc<sup>o</sup> ei<sup>o</sup>.

<sup>b</sup> 1. Pet. 5. v. 8. Sobrii estote: vigilate. Nā aduersarius vester diabolus, tanquā leo rugiēs, obābulat, quærens quē deuoret.

Q 2

Ephes. 6. v. 12. Quoniam non est nobis  
 iucta aduersus sanguinem & carnem, sed  
 aduersus imperia, aduersus potestates, ad-  
 uersus mundi dominos, *rectores* tenebrarum  
 seculi huius, aduersus spirituales malicias,  
*quæ sunt* in sublimi.

<sup>c</sup> Iohan. 15. v. 19. Si ex mundo fuissetis, mu-  
 dus quod suum est amaret: quia verò ex  
 mundo non estis, sed ego elegi vos ex mun-  
 do, propterea odit vos mundus.

<sup>d</sup> Rom. 7. v. 23. Sed video aliam legem  
 in membris meis, rebellantem legi mentis  
 meæ, & captiuum reddentem me legi pec-  
 cati, quæ est in membris meis.

Galat. 5. v. 17. Nam caro concupiscit ad-  
 uersus spiritum, spiritus autem aduersus  
 carnem: hæc autem inter se opposita sunt,  
 vt non quæcunque volueritis, eadem facia-  
 tis.

<sup>e</sup> Matth. 26. v. 41. Spiritus quidem prom-  
 ptus est, sed caro infirma est.

Marc. 13. v. 33. Cauete, vigilate & orate: ne-  
 scitis enim quando tempus illud sit futu-  
 rum.

<sup>f</sup> 1. Thef. 3. v. 13. Vt corda vestra inculpa-  
 ta stabiliat in sanctimonia coram Deo &  
 Patre nostro, in aduentum Domini nostri  
 Iesu Christi cum omnibus sanctis eius.

1. Thef.

1. Thes. 5. v. 23. Ipse autem Deus pacis *autor* sanctificet vos totos: & integer vester spiritus, & anima & corpus inculpate in adventum Domini nostri Iesu Christi seruentur.

CXXVIII.

Quomodo concludis precationem tuam?

Quia tuum est regnum, & potentia, & gloria in secula: hoc est, omnia hæc à te petimus, quia cum & rex noster, & omnipotens sis, omnia nobis & vis & potes largiri<sup>a</sup>: Atque hæc quidē ideò petim<sup>9</sup>, vt ex ijs, non ad nos, sed ad sanctum nomen tuū omnis gloria redeat<sup>b</sup>.

Et quicquid petieritis in nomine meo, hoc faciam: vt glorificetur Pater in filio.

Psal. 115. v. 1. Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam, propter

<sup>a</sup> Rom. 10. v. 11.

12. Dicit enim Scriptura, Quisquis credit in eū, non pudefiet. Nō enim est distinctio vel Iudæi vel Græci. Nam idem Domin<sup>9</sup> omniū, est diues in quosuis à quibus inuocatur.

2. Petr. 2. v. 9. Nouit Dominus pios è tentatione eripere, iniustos autem in diē iudicij puniendos seruare.

<sup>b</sup> Ioha. 14. v. 13.

misericordiam tuam, propter veritatem tuam.

Ierem. 33. v. 8 9. Et mundabo illos ab omni iniquitate sua, qua peccauerunt contra me, & paream omnibus iniquitatibus eorum, quibus peccauerunt contra me, & quibus prauaricati sunt in me. Et erit mihi in nomen, gaudium, laudem & gloriam apud omnes gentes terre, quæ audierint omne bonum, quod ego faciam eis: & pauebunt & contremiscent super omni bono, & super omni pace quam ego faciam eis.

EXXIX.

*Quid sibi vult particula*

*Amen?*

Rem certam ac ratam esse. Nam precatio mea, multò certius est exaudita à Deo, quàm ego in corde meo sentio, me illud ex animo cupere<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> 2. Cor. A. V. 20

(Quotquot enim sunt promissiones Dei, in ipso sunt Etiam, & in ipso sunt Amē) ad Dei gloriam per nos.

2. Timoth. 2. v.

13. Si infidus sum, ille tamen fides manet: negare se ipsum nō potest.

DICTA



# DICTA SCRIPTV-

## RÆ SACRÆ, QVIBVS IN

*suavit & genere quisque de suo commo-  
nesit & eruditur officio.*

### LECTIO. X.

#### MAGISTRATVI.

**R**Eges prudēter agite: erudimini Iudices  
terræ: Seruite Iehouæ in timore, & ex-  
ultate in tremore. Psalm. 2. v. 10. 11.

Definite malefacere, discite benefacere,  
querite iudicium, dirigite oppressum, judi-  
cate pupillo, judicate viduæ. Esai. 1. vers.  
16. 17.

#### IUDICIBVS.

Confidera ex omni populo viros fortes, ti-  
mentes Deum, viros veridicos, odio habētes  
auaritiā, & præfice illis, qui iudicabunt po-  
pulum omni tempore. Exod. 18. v. 21. 22.

Videte, quid vos facitis, Non enim homini  
iudicabitis, sed Iehouæ, & erit vobiscum in  
negotio iudicij. Nunc igitur sit pavor Ieho-  
uæ super vos, custodite & facite, quoniam nō  
est cum Iehoua Deo nostro iniquitas, & acce-  
ptio personarum, & acceptio muneris. 2.  
Chron. 19. v. 6. 7.

Omnia anima potestatibus supereminentibus subiecta esto. Non enim est potestas, nisi à Deo, & quæ sunt potestates, sunt à Deo ordinatæ. Itaque quisquis se opponit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi condemnationem auferent. Nam magistratus non sunt terrori bonis operibus, sed malis. Vis autem non metuere potestatem? quod bonum est facito, & laudem ab ipsa obtinebis. Dei enim minister est tuo bono. Quod si feceris, quod malum est, metue. Non enim temerè gladium gestat. Nam Dei minister est, ultor ad iram ei, qui, quod malum est, fecerit: Quapropter necesse est subijci, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Propter hoc enim etiam tributa soluitis: siquidem ministri Dei sunt in hoc ipsum incumbentes. Rom. 13. vers. 1. 2. 3. &c.

Subiecti estote cuius humanæ ordinationi propter Dominum: Siue regi, ut qui superemineat: Siue præfidibus, ut qui per eum mittantur, tum ad ultionem maleficorum, tum ad laudem rectè agentium. 1. Petr. 2. vers. 13. 14.

## M A R I T I S.

Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & semetipsum exposuit pro ea. Ephes. 5. v. 25.

Viri, diligite vxores, & ne sitis aduersus eas amarulenti. Col. 3. v. 19.

Viri vnà versamini, vt scientes decet, vasi muliebri, vt infirmiori tribuentes honorē, vtpote quum vnà etiam hæredes sitis gratiæ vitæ, ne interrumpantur preces vestræ. 1. Pet. 3. v. 7.

## V X O R I B V S.

Vxores proprijs viris subiectæ estote, vt Domino. Quoniam vir est caput vxoris, vt & Christus est caput Ecclesiæ, & is est, qui salutem dat corpori. Ephes. 5. v. 22. 23.

Vxores, subiectæ estote proprijs viris, vt conuenit, in Domino. Col. 3. v. 18.

Vxores subiectæ sint suis viris, vt etiam, si qui non obediunt sermoni, per vxorum conuersationem absq; sermone lucrifiant, vbi spectârint cum reuerentia coniunctam castâ conuersationem vestram. Quarum ornatus non sit externus ille in nodis capillorum, & circumposito auro, vel palliorû amictu: sed occultus ille cordis homo, situs in incorruptione lenis ac quæti Spiritus, qui est coràm Deo pretiosus. Ita enim olim & sanctæ illæ mulieres sperantes in Deo, orna bāt sese, sub-

iectione suis viris, Sicut Sara obediuit Abraham, dominum eum vocans, cuius facte estis filie, dum benefacitis, etiam cum non terreamini illo pauore. 1. Pet. 3. v. 1. 2. 3. &c.

## PARENTIBVS.

Erunt verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, & repetes ea filijs tuis, & loqueris de eis, quando sedebis in domo tua, & quando ambulabis per viam & quando iacebis in lecto, & quando surges. &c. Deut. 6. ver. 6. 7.

Ne subtrahas à puero correctionem. Nam si percusseris eum virga, non morietur: tu virga percuties eum, & animam eius ab inferno eruës. Prouerb. 23. v. 13. 14.

Qui subtrahit virgam suam, odit filium suum: sed qui diligit eum, querit correctionem. Prouerb. 13. v. 24. & cap. 19. v. 18. & cap. 29. v. 17.

Sunt tibi filij? institue eos, atque à primæ ætate ceruicem eorum inflecte. Ecclesiastici 7. ver. 25.

Ne des filio tuo licentiam in iuuentute, neque ad eius errata conuicias. Inflecte ceruicem ei adhuc iuueni, & dum puer est, eius latera tunde, ne aliquando durior factus, tibi non pareat, atque anime tuæ dolorem afferat. Erudi filium tuum, in eoque elabora, ne turpitudine eius, aliquam tibi offensionem pariat. Ibidem 30. v. 11. 12.

Patres,



Patres, ne prouocate ad iram liberos vestros, ne despondeant animum: sed enurrite eos in doctrina & monitis Domini, Ephes. 6. v. 4. & Col. 3. v. 21.

## L I B E R I S.

Liberi auscultate in Domino parentibus vestris. Id enim est iustum. Honora patrem tuum & matrem tuam, (quod est præceptum primum cum promissione) vt benè tibi sit, & sis longæuus super terram. Ephes. 6. v. 1, 2. Liberi auscultate parentibus in omnibus. Hoc enim gratum est Domino. Col. 3. v. 20.

S E R V I S, A N C I L L I S, E T O P E -  
*ris mercenarijs.*

Serui auscultate ijs, qui vestri domini sunt secundum carnem, cum timore ac tremore, cum simplicitate cordis vestri, vt Christo, nõ ad oculum seruietes, vt qui hominibus placere studet: sed serui Christi, facientes ex animo, quæ vult Deus, cum beneuolentia seruietes domino, & non hominibus, vt qui illud sciat, singulos, quidquid fecerint boni, hoc reportaturus à Domino, siue seruus fuerit, siue liber. Ephes. 6. v. 5, 6. & c. Col. 3. v. 22, 23. & c.

Famuli, subditi estote cum omni timore dominis, non solum bonis & æquis, sed etiam prauis. 1. Pet. 2. v. 18.

Patri-

## PATRIBVS FAMILIAS.

Domini eadem facite erga illos, remissis  
minis, scientes vestrum etiã ipsorum Domini-  
num esse in cœlis, nec personę respectum esse  
apud eum. Ephes. 6. v. 9.

Domini æquitatem & æquabilitatem ser-  
uis exhibete, scientes, vos quoque habere  
dominum in cœlis. Col. 3. v. 1.

## IUVENTVTI ET CETERIS.

Ne errate, neque scortatores, neque idolo-  
latrę, neque moechi, neque molles, neque qui  
concumbunt cum masculis, neque fures, neque  
auari, neque ebriosi, neque conuiciatores, neque  
rapaces, regni Dei hereditatem possidebunt.  
1. Corinth. 6. v. 9. 8.

Iuniores subiecti estote senioribus, & o-  
mnes vicissim subiicimini. Modestia estote  
intus ornati. Nam Deus superbis resistit: hu-  
milibus autem dat gratiam. Submittite igitur  
vos ipsos potenti manui Dei, vt vos in tẽ-  
pore extollat, omni cura vestra in eum cõie-  
cta. Nã illi cura est de vobis. 1. Pet. 5. v. 5. 6. & c.

## VIRGINIBVS.

Discretę sunt ea, quę est vxor, & ea, quę  
est virgo. Quę est innupta, curat ea, quę sunt  
domini, vt sit sancta cum corpore, tum Spiri-  
tu. 1. Cor. 7. v. 34.

Viduis.

## V I D V I S.

Quæ verè vidua est ac sola, sperat in Deo, & permanet in supplicationibus & precibus nocte ac die: At quæ in luxu viuit, ea viuens mortua est. Hæc igitur denuntiatio, vt sint irreprehensæ. 1. Timoth. 5. v. 5. 6. & c.

OMNIBVS ET SINGVLIS CV.  
*iuscunque status summa legis.*

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota cogitatione tua. Istud est primum & magnum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum, vt te ipsum. Ab istis duobus mandatis tota lex & Prophetæ pendent. Matth. 22. vers. 37. 38. & c.

## SVMMA EVANGELII.

Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum dederit, vt, quisquis credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Iohan. 3. v. 16.

Fidus est hic sermo & modis omnibus dignus, quem amplectamur, CHRISTVM IESVM venisse in mundum, ut peccatores seruaret, quorū primus sum ego. Verū ideo misertus est meî, vt in me primo ostenderet  
Iesus

Iesus Christus omnem elementiam, ut essem  
 exemplo credituris ipsi, in vitam æternam.  
 1. Tim. 1. v. 15. 16.

*P R E C E S E C C L E S I A S T I C A E.*

*Precatio, & publica peccatorum confessio, qua recitatur ante concionem Dominicorum & Feriatorum dierum.*

*Gratia, Pax, & Misericordia, &c.*

*C*oelestis pater, æterne & misericors  
 Deus, agnoscimus & confitemur co-  
 ràm diuina tua maiestate, nos verè mis-  
 ros peccatores esse, conceptos & natos in  
 corruptione & prauitate, ad omne malum  
 procliuēs, nec ad vllum bonum idoneos,  
 quòdque assiduè sanctissimam legem tuam  
 violantes, iram tuam, & æternas pœnas  
 commereamur; Sed dolet nobis ex animo,  
 quòd te tam benignum patrem toties of-  
 fenderimus: damnamus nos ipsos, & pec-  
 cata nostra detestamur, suppliciter rogan-  
 tes, ut tua misericordia subueniat nostra  
 miseria. Ignosce nobis nostra tristia pecca-  
 ta, propter Iesum Christum, filium tuum  
 dile-



dilectum. Largire nobis gratiam Spiritus  
tui sancti, qui nos doceat verè & ex animo  
nostra peccata agnoscere, sic ut toti nobis  
displiceamus, & peccatū in nobis magis ac  
magis aboleatur, nosq; ad nouam vitam  
excitati, iustos ac sanctos fructus profera-  
mus, tibi acceptos propter eundem Iesum  
Christum. Effice prater eā, ut voluntatem  
tuam ex verbo tuo rectè agnoscamus, atq;  
inde discamus, non à nobis ipsis, aut vlla  
creatura pendere, sed in te solo omnē spem  
reponere, ut certa & firma sit nostra con-  
solatio, ac ut vetus ille noster homo cum  
prauis cupiditatibus magis magisq; cruci-  
figatur, nosq; ipsos tibi viuam & sanctam  
hostiam offeramus, hoc vnum semper spe-  
tantes, quo pacto tua gloria propagetur,  
& quàm plurimi Christo lucrifiant. Quæ  
omnia à te petimus fiducia domini nostri  
Iesu Christi, qui nos ita precari docuit; Pa-  
ter noster, &c.

Precatio post concionem diei  
Dominicæ.

Carissimi in Domino, cum in legis di-  
uina

uina præceptis, tanquã in illustri speculo  
 peccatorum nostrorum, quibus & tempo-  
 raneas & aternas meremur pœnas, mul-  
 titudinem & magnitudinem intueamur:  
 agite, confiteamur ea ex vero cordis affe-  
 ctu, fidissimo nostro & clementissimo patri  
 cœlesti. Sic ergo mecum precamini; Miser-  
 rimus ego peccator agnosco fateorq; coram  
 te mi Deus & Creator, quòd, prò dolor, sa-  
 pissime & grauissime te offenderim non  
 tantum externis & manifestis ac enormi-  
 bus peccatis, verum etiam, & quidẽ mul-  
 to magis, intrinseca innatãq; cœcitate, dif-  
 fidentia, dubitatione, pusillanimitate, im-  
 patientia, superbia, clandestino odio, inui-  
 dia & maleuolentia, multisq; alijs prauis  
 artibus & conatibus, quæ tu mi Domine  
 & Deus in me vides & deprehendis, ego  
 verò, prò dolor, satis perspicere & agnosce-  
 re non queo. Horum omnium me pœnitet,  
 eaq; me in te admisisse ex animo mihi do-  
 let, veniamq; eorum ex toto pectore expe-  
 to & imploro per dilectum filium tuum  
 Iesum Christum.

His ita dictis minister Ecclesiæ, credentibus quidem & pœnitentibus, peccatorum remissionē: impœnitentibus autem iram vindictamque diuinam ad hunc annuntiabit modum:

*Audite ergo certissimam diuinæ clementiæ consolationem, quā Deus omnibus credentibus in suo promittit & offert Euangelio. Sic ait ipse Dominus noster Iesus Christus. Iohan, 3, v. 16:*

Ita DEVS dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum dederit, vt, quisquis credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

*Quot quot igitur ex hoc vestro sunt numero, qui sibi ipsi displicent, & peccata sua agnoscunt ac deplorant, confidunt q̄, sibi ea solus Iesu Christi merito prorsus remissa esse & cōdonata, & sibi certò habent proposiū & constituiū, quotidie magis magisq̄ a peccatis desistere, Deoq̄ in vera sanctitate & iustitia seruire: his ego, quia credunt in filium Dei viuētis, iussu Dei annuntio, ab omnibus suis peccatis, quemadmodū Deus ipse in sancto suo promisit Euangelio, ipsos in cælo esse absolutos & liberatos, idq̄, vi sufficientis-*

cientissima satisfactionis praestita à Domino nostro Iesu Christo in sanctissima sua Passione & morte, Amen.

Contra verò, quotquot ex vobis etiamnum suis peccatis & flagitijs delictantur, aut in peccatis contra conscientiam pertinaciter perseverant; his ego iussu Dei denuntio, quòd ira & vindicta divina ipsis incumbat, quòdque omnia ipsorum peccata etiam in caelo remissa & condonata non sint, nec ab aeterna condemnatione absoluti & liberari possint, donec convertantur.

Quare cum nihil dubitemus, quin & nos & nostrae preces passione & morte Iesu Christi sanctificatae sint, & Deo acceptae, agite, Deum hac inuocemus precatone; Omnipotens Deus, creator caeli & terra, agimus tibi gratias ex intimo cordium nostrorum sensu, quòd nos condidisti, & in hanc usque horam nos & liberos nostros cõservasti, aluisti & fouisti & porrò quoque cõservare & gubernare velis; in primis verò agimus tibi gratias, quòd filium tuum Iesum Christum, quem in ipso statim Paradiso promiseras, nobis



bis agnoscendum dedisti, nostraque no-  
 bis peccata propter acerbissimam ipsius pas-  
 sionem & mortem condonasti; Oramus te,  
 ut per verbi tui predicationem, & Spiri-  
 tus tui sancti efficaciam, nos ad imaginem  
 filij tui Iesu Christi renouare ac reformare  
 velis, ut in omnem aeternitatem tecum &  
 corpore & anima viuentes te celebremus,  
 in quem finem à primo nostri principio su-  
 mus conditi; Reprime etiam & compesce  
 Sathanam, ne is, ut ex primorum nostro-  
 rum parentium, Adami & Eua, sic ex nostris  
 quoque, cordibus verbum tuum auellat.

Adhuc, quoniam tibi placet, nos in hac  
 vita, manu ductumque Magistratus nostri,  
 qui tuus est minister, regere; rogamus te,  
 qui corda Magistratus in tua solius ha-  
 bes manu & potestate, ut Sacra Caesaria  
 Regiaeque Maiestati, omnibusque Princi-  
 pibus & Dominis, praecipue autem Illustris-  
 simo Clementissimoque nostro Principi  
 ac Domino, D. Iohanni Casimiro, Comi-  
 ti Palatino Reni, &c. & C. S. coniugi,  
 &c. Consiliarijs quoque & Praefectis, nec  
 non urbis huius prudentissimo Senatui

(vel, honestissimæ huius loci communitati) gratiam & concordiam largiri digneris, ut uniuersam suam gubernationem eò dirigant, ut Dominus noster Iesus Christus, cui tu omnem in cælo et terra dedisti potestatem, cum in ipsos, tum in ipsorum subditos gerat imperium, ut miser populus, qui sunt creatura & opus manuum tuarum, & oues pascuæ tuæ, pro quibus Dominus noster Iesus Christus etiam sanguinem suum profudit, in omni sanctitate & Iustitia regatur, utque nos quoque, propter te ipsis omnem debitum honorem, fidem & obedientiam prestemus, & sub ipsorum imperio ac protectione honestam, tranquillam & Christianam degere possimus vitam: Benedicentiam clementer omnibus terræ fructibus, ut ex ijs te verè nobis patrem & fontem omnium bonorum & misericordie agnoscamus. Nec verò pro nobis tantum, verum etiam pro omnibus in toto terrarum orbe hominibus tuam imploramus gratiam & auxilium: Misereere clementer omnium ipsorum, imprimis verò illorum, qui unà nobiscum membra sunt corporis Iesu Christi, & propter veri-

*veritatē doctrina tua caelestis à Turco & Papa miserè affliguntur: Reprime, quæsumus, ò Clementissime pater, furiosos hos hostium tuorū conatus, filium tuum Iesum in suis persequentium membris: eos verò, qui sic affliguntur, robora & confirma inuicta constantia, & virtute Spiritus tui sancti, ut hanc persecutionē ex tua manu, gratis animis accipiant, & in suis miseris ac erumnis, huiusmodi sentiant lætitiā, quā omen humani ingenij captum excedit. Solare & robora omnes pauperes, captiuos, agrotos, viduas, pupillos, feminas gravidas, omnes cum animi anxietate & mœstia conflētantes homines, tuāq; ipsis largire gratiam & pacem, per dilectissimum Dominum nostrum Iesum Christum, qui nobis certissimam hanc & infallibilem dedit promissionē: Amen Amen dico vobis, quæcunq; petieritis à patre meo in nomine meo, dabit vobis: & hac fretos nos ita precari iussit:*

*Ioh. 16, v. 23.*

PATER NOSTER, &c.

*Laudate Dominum vestro cantu. Cantu finito sic dicat minister Ecclesie:*

*Numer. 6.* Benedicat tibi Iehouah, & custodiat te:  
*v. 24. 25. 26* Lucere faciat Iehouah faciem suam super te, & misereatur tui:

Attollat Iehouah faciem suam ad te, & ponat in te pacem.

*Alia precatio post concionem.*

*Domine Deus omnipotens, ne patiaris sanctissimum nomē tuum propter peccata nostra affici contumelia. Nam alioqui plus satis te benignum patrē offendimus, dum verbo tuo, ut par erat, non obediimus, dum ignorantia, ingratitude, & murmure nostro, irā tuā quotidie aduersus nos contumaciamus, atq; ita iustas pœnas nobis attrahimus. Veruntamen, ô Domine, miserere nostri pro magna tua misericordia: fac, ut peccata nostra & rectius agnoscamus, & magis deploremus, & vitā nostram emendemus. Excita & corrobora Magistratum populi tui, ut gladio, quem ei porrexisti, ad terrorem & securitatem legitimè utatur. Confirma Ministros Ecclesiarum tuarum, ut fideliter & constanter verbū tuum doceant, & omnes officij sui partes obeāt. Tuere ac defende nos ab omni dolo ac perfidia. Irrita fac omnia scelerata atq; insidiosa con-*



sa consilia, quæ aduersus Ecclesiã & verbũ  
 tuũ capiuntur. Ne subtrahas nobis verbũ  
 tuũ, & Spiritũ sanctum tuum ne auferas à  
 nobis. Excita in nobis veram fidem, pa-  
 tientiam & constantiam; Fer opem misera  
 & afflictæ Ecclesiæ tuæ; libera eã omni ty-  
 rannide & ignominia. Consolare & cõfir-  
 ma, quot quot sunt animo vel corpore affli-  
 cti. Da nobis tuam pacem per Iesum Chri-  
 stum, filiũ tuum, Dominũ nostrũ, qui hanc  
 nobis indubitatã de tua voluntate promif-  
 sionẽ edidit: Amẽ dico vobis, quidquid  
 petieritis à patre nomine meo, hoc  
 dabit vobis, eãque fretos nos sic precari  
 iussit; Pater noster, &c. Fac etiam, vt con-  
 stanter perseueremus, & quotidie proficia-  
 mus in vera illa, certa, & ab ipso mundi  
 exordio ad nos propagata Christianorum  
 fide, & per eam Christi, & omniũ bonorũ  
 eius magis ac magis participes siamus, quã  
 sic ore & corde confitentes dicimus; Cre-  
 do in Deum, &c.

Precatio post concionem  
 catechetica.

Omnipotens, vere Deus, æterne & vnice

Pater Domini & Seruatoris nostri Iesu  
 Christi, unà cum unigenito tuo filio &  
 Spiritu sancto, Creator cœli, terræ, Ange-  
 lorum, hominum, denique omnium crea-  
 turarum, quies sapiens, beneficus, iustus,  
 verax, castus, misericors & liberrima vo-  
 luntatis: agnosco & fateor, me, pro dolor,  
 miserrimum esse peccatorem, & ex animo  
 doleo, quòd te offenderim: Sed oro te atque  
 obsecro, ut pro mera tua clementia mihi  
 omnia mea peccata condones, meq; iustum  
 & sanctum efficias per & propter dile-  
 ctissimum tibi filium tuum Iesum Chri-  
 stum, qui pro nostris peccatis factus vi-  
 ctima, in cruce mortuus, & rursùm ex  
 morte resurrexit, & nunc in omnē usque  
 viuit & regnat aternitatem, admirandò-  
 que & ineffabili Sapientia & Misericor-  
 dia modo, Mediator, Reconciliator, Inter-  
 cessor pro nobis, & Seruator est consti-  
 tutus: oro item te, ut per & propter  
 eundem tuum filium, Spiritu tuo san-  
 cto quotidie magis magisque me ad vi-  
 tam aternam sanctificare & ita guber-  
 nare digneris, ut te verum D E V M re-  
 cta

Et agnoscam, & vera fide colam ac invocem, utq; tibi in vera obedientia seruiam, nec in errores tetros & tristia peccata prolabar. Velus etiam semper & non interrupta serie, in hac regione veram sanctamque tibi ecclesiam colligere & clementer conservare, & salutare gubernatione & vita alimenta elargiri, perpetuoq; & nostra & carissimorum miserrimorumq; nostrorum liberorum corpora & animas tueri & custodire.

Da & adauge ipsis & nobis tuam gratiam, ut in Christo, filio tuo, communi omnium nostrum capite, tam nos, quam ipsi, assidue proficiamus & succrescamus, donec tandem ad perfectam ipsius virilemque, aetatem cum omni sapientia, sanctitate & iusticia, una cum ipsis nos quoque pertingamus. Hec omnia, rogamus te, ut clementer nobis prestes, propter dilectissimum tuum filium, qui quin nostros hos gemitus exaudiat, & pro nobis intercedat, nullum nobis est dubium: nos quoque credimus & confidimus, nostram hanc inuocationem propter ipsum tibi placere, minimèque esse irri-

Marc. 9.  
Vers. 24.

tam & frustraneam, teque iisdem, quibus  
in ser ille pater, Marc. 9. compellamus &  
imploramus verbis; Credo Domine  
succurre incredulitati mee, Amen.

Precatio, quæ recitatur diebus opero-  
sis post Concionem, ad auertendas  
omnis generis calamitates &  
pericula Ecclesiæ Chri-  
stianæ.

Omnipotens, & misericors DEVS, ag-  
noscimus ipsi & spontè confitemur, nos  
esse indignos, qui oculos ad cælum erigamus.  
Nam conscientia nostra nos accusat,  
& peccata nostra nos redarguunt. Scimus  
autem, te iustum iudicem punire peccato-  
rum, qui legem tuam transgrediuntur.  
Cum verò vniuersam vitam nostram  
consideramus, nihil reperimus, quod non  
aternam damnationem mereatur; Sed quis  
ineffabili misericordia tua præcepisti, ut,  
quacunque nos necessitas urgeret, semper  
tuam vnius opem imploraremus; promi-  
sisti etiam, te nostras preces exauditurum  
esse, non ob nostrum aliquod meritum  
(quod



(quod nullum esse potest) sed propter obedientiam & meritum Filij tui Domini nostri Iesu Christi, quem nobis Mediatorem unicum & intercessorem constituisti: deposita omni fiducia humana, ad tuam solius misericordiam confugimus. Ac principio quidem illud maxime deploramus, quod, cum prater ea beneficia, quae nobis communia sunt cum uniuerso genere humano, nos singularibus quoque beneficijs affeceris, quae verbis exprimere non possumus, immo nec cogitatione satis comprehendere: nos tamen aded ingrati sumus. Vocasti nos ad agnitionem Euangelij tui; exemisti nos e dura seruitute Diaboli, in qua detinebamur; liberasti nos horrenda illa & execranda idololatria Romani Pontificis, cui penitus immeri eramus, & in hanc mirandam lucem verbi tui eduxisti, ut tibi liberè seruire possemus. At nos tantorum beneficiorum immemores, mandata tua negleximus, scelus tuum sepius violauimus, & nostris cupiditatibus seruiuimus, nec te, ut par fuit, coluimus & honorauimus. Quocirca peccauimus, o Domine, & te grauiter offen-

offendimus: ac, si pro tuo iure, atq; ut mo-  
 rti sumus, nobiscum agere velles, nihil  
 aliud nobis restaret expectandum, quam  
 eterna mors & condemnatio. Nam si nos  
 excusamus, nostra nobis conscientia reclamabit  
 & nostra scelera contra nos testificantur.  
 Quin etiam ex pœnis ipsis, quas nobis in-  
 fligis, nostra peccata agnoscimus. Nam  
 cum iustus sis, neminem immeritò affligis.  
 Atque adeò in præsentia etiam extensam  
 ad nos puniendum, manum tuam cerni-  
 mus. Sed licet nos multò grauiùs punires,  
 quàm hætenùs puniisti, ac pro vna cen-  
 tum plagas infligeres, immò verò et si in  
 nos omnia illa exēpla iustissima ira tue ede-  
 res, quæ in populum tuum Israëliticum sta-  
 tuisti: fatemur, ò Deus, te nullam nobis ini-  
 iuriam facturum, neque nos ea commeri-  
 tos negamus. Sed tamen, ò Domine, tu es  
 Deus noster, nos verò nihil aliud, nisi pul-  
 vis sumus & umbra: tu es creator noster,  
 nos verò opus manuum tuarum, tu es pa-  
 stor noster, nos grex tuus sumus: tu es libe-  
 rator noster, nos populus, quem redemisti:  
 tu es pater noster, nos tui hæredes sumus.

Quo-

Quocirca ne nos punias in iratua, sed clemēter castiges. Conserues potiūs opus, quod in nobis inchoare dignatus es, ut cognoscat mundus vniuersus, te Deum nostrum ac Seruatorem esse.

Populus tuus Israel saepenumero te offendit, & tu eum merito afflixisti. Verūm quoties ad te conuersi sunt, clementer eos in gratiam recepisti: &, quantumcunque esset eorum peccatum, semper tamen iram tuam & pœnā ipsis paratam auertisti, propter fœdus illud, quod fecisti cum seruis tuis Abraham, Isaac, Iacob: adeo ut preces populi tui nunquam abs te sint repudiate. Sed & nobiscum idem, quod cum illis, fœdus, & quidem illustrius ac efficacius sanxisti, intercedente Mediatore nostro Iesu Christo, cuius etiam sanguine id fœdus ratum & confirmatum esse voluisti. Quapropter, o Deus, abiecta omni fiducia nostri & aliarum creaturarum, ad hoc sacrum fœdus confugimus, quo Dominus noster Iesus Christus, semel seipsum victimam pro nobis in cruce offerens, nos tibi in perpetuum reconciliauit. Intuere igitur, Cle-  
men-

mentissime Deus, non peccata ea, quae nos  
 duè committimus, sed Mediatorem nostrum  
 Iesum Christum, ut eo intercessore placetur  
 ira tua, nosque iterum paterno tuo  
 spectu recreemur. Suscipe nos porro etiam  
 in tutelam tuam, & per Spiritum tuum  
 Etum governa, qui nos renouet ad meliorem  
 illam vitam, in qua, deleta omni macula,  
 te in aeternum celebremus. Etsi autem iustissimi  
 sumus, qui considerata nostra indignitate, non  
 hiscere quidem audeamus, pro nobis aliquis  
 abs te petituri: tamen, quia nos iussisti pro  
 Ecclesia & Repub. atque adeo pro omnibus  
 hominibus precari; oramus te, ut omnibus  
 Ecclesijs tuis, & Ecclesiarum ministris ad-  
 sis. Mitte fidos operarios in messem tuam; E-  
 radica omnes, qui pro veris falsa tradunt;  
 tolle omnes rapaces lupos & mercenarios,  
 qui sibi non tuam unius gloriam & animarum  
 salutem proponunt: Sed suam gloriam & prin-  
 tum commodum querunt. Oramus te etiam  
 pro omni magistratu, pro Imperatore &  
 Rege Romanorum, pro ceteris Regibus &  
 Principibus, praecipue vero pro Clementis-  
 simo Principe ac Domino nostro, D. Iohan-  
 ne Casimiro, Comite Palatino Rheni, pro e-



ius coniuge ac liberis, eiusque consiliarijs & praefectis, deniq; pro huius urbis Senatu, rege ac gubernatore Spiritu tuo sancto, ut omnia consilia et actiones suas eò referat, ut Rex omnium regum Iesus Christus, ipsis ac ipsorum populis praesit, atq; ut regnum Satanae, regnum omnis turpitudinis & impietatis, per ipsos, tanquam legis tuae custodes, & iustitia ministros, magis ac magis evertatur, nosq; sub eorum imperio placida ac quietã vitã degamus, cum omni pietate & honestate.

Rogamus te porro etiam, cum pro ceteris fratribus nostris, ut, quae cepisti, in eis clementer perficias, tum vel maximè pro ijs, qui sub tyrãnide Romani Pontificis & Turca, omnis generis crudelitatem & supplicia perferunt; consolare & confirma eos Spiritu tuo, & clementer libera; nec patiaris, Ecclesiam tuã vastari, & augustam nominis tui memoriam in terris extinguere, ne Antichristus & Turca cum ceteris infidelibus, de sanctis tuis triumphantes, sanctissima maiestati tuae illudant. Si ita placet tua divina voluntati, illos vitã pro tua gloria profundere, et suam morte veritati testimoniũ perhibere, ar  
ma eos

eos robore Spiritus tui sancti, ut ad extrē-  
 mum usque vita Spiritum, te constanter  
 confiteantur. Commendamus tibi prae-  
 terea, quotquot sunt in miserijs, paupertate,  
 exsilio, carcere, morbis, partu, aut alio ge-  
 nere erumnarum: consolare eos, pro eo quod  
 nosti ipsos variè laborare: fac, ut ipsis has  
 tua castigatio, ad agnoscendum peccatum,  
 & emendandam vitam conducatur: instrue  
 eos patientia & constantia, & dolorem i-  
 psorum minue, ac tandem planè eos libera,  
 ut latentur bonitate tua, & tibi uno ore  
 nobiscum gratias agant. Postremò misere-  
 re eorum, qui adhuc in tenebris & errore  
 versantur: educ eos in lucem, ut cernant  
 veritatem. Has atque alias necessitates ti-  
 bi, Clementissime Pater, commendamus,  
 utentes ea precatione, quam nos Dominus  
 & Servator noster Iesus Christus ipse docu-  
 it, Pater noster, &c.

Formula Administrandi  
 Baptismi.

Psalm 124.  
 Vers. 8.

Adiutorium nostrum in nomine Iehouæ, qui  
 fecit cælum & terram, Amen.

Cum

Cùm Dominus noster Iesus Christus affirmet, nos, nisi de integro nascamur, in regnum Dei introire prorsùs non posse: certò & non obscurè nobis eo ipso ostendit, naturam nostram totam corruptam omninò esse & maledictam. Admonet itaque nos hoc dicto, vt nos coràm Deo demittamus & humiliemus, & nobis ipsi toti displiceamus, præparátque nos hoc modo & instituit ad quærendam expectandamque gratiam & misericordiam diuinam, cuius beneficio omnis nostra malitia & deprauatio, veterisque naturæ nostræ maledictio aboleatur & tollatur. Gratia enim diuinæ nos nullo modo capaces & participes esse possumus, nisi priùs omnis nostrarum virium, sapientiæ, & Iustitiæ opinio & fiducia, penitèns ex animis nostris euulsa sit & extirpata, immò etiã, nisi priùs omne id, quod in nobis est, nos ipsi prorsùs inprobemus & damnemus.

Postquàm autem summam hanc nostram miseriam ad hunc modum Christus nobis ante oculos constituit: rursùs etiã, & quidem multò magis, nos sua consolatur misericordia, cùm nobis & liberis nostris clementissimè promittit, quòd ipse nos ab omnibus nostris peccatis purgare & emundare, hoc est, propter profusum à se pro nobis suum sanguinem ea nobis nequaquam imputare, nostramque naturam iterùm ad suam imaginè

per Spiritum suum sanctum renouare & instaurare velit.

Hæc promissio vt languidæ nostræ ac imbecillæ fidei confirmetur, & in nostris ipsorum corporibus quasi obsignetur, mandauit, vt in nomine Patris, Filij, & Spiritus Sancti baptizemur.

Principio itaque, cùm aqua nos in nomine Patris baptizari præcipit, testatum nobis per omnem nostram vitam facit tanquam visibili quodam iureiurando, Deum & nobis & semini nostro Patrem esse, nobisque de omnibus ijs, quæ corporibus & animabus nostris salutaria sunt & necessaria, quantum satis sit, prospicere, mala quoque omnia & incommoda in vtilitatem nostram & commoditatem conuertere velle, eò quòd nulla in vniuersum creatura, propter fœdus, quod nobiscum Deus pepigit, quidquam nocere nobis possit: contrà verò omnes creaturæ nobis suam operam, ad nostram salutem & commodum præstare habeant necesse.

Deinde, cùm in nomine Filij baptizamur, promittit nobis, testaturque, omnia ea, quæ filius Dei egit & passus est, nostra & nobis propria esse & fore, idque ita, vt is & noster, & liberorum nostrorum Seruator sit & vnica salus, nòsque saluifica sua gratia vnctos foueat & vegetet, nos sanctissima sua Conceptione,



ne, Natiuitate, Passione & Morte, ab omni nostra immunditia & peccatis redemerit omnem nostram Maledictionem & Condemnationem secum Cruci affixam, sanguine suo abluerit, & vnà secum sepultam obrutamque aboleuerit, atque ita nos à Pœnis infernalibus liberauerit, vt ipse nos virtute suæ resurrectionis & in cælum Ascensionis, sua vestiât ornâtque iustitia, & nunc coràm patre suo cœlesti pro nobis intercedat, nòsque extremi iudicij die, gloriosos nullaque deformatos macula, in conspectum Patris productos sistat.

Postremò, cùm in nomine Spiritus Sancti baptizamur, promittitur certaq; nobis sit spes, futurum, vt Spiritus Sanctus, & noster & liberorum nostrorum perpetuus sit Doct̃or & Consolator, nòsque vera corporis IESU CHRISTI membra faciat, vt & Christi ipsius, & omnium eiusdem beneficiorum, vnà cum omnibus alijs Christianæ Ecclesiæ membris, simus participes, adeò, vt futurum sit, vt omnis omnium nostrorum peccatorum memoria prorsùs deponatur, ea quoque peccata & naturæ nostræ imbecillitas, quæ in hac vita in nobis adhuc est reliqua, quotidie magis magisque exstinguatur, nouaque in nobis inchoetur vita, tandemque ea in Resurrectione carnis nostræ,

cùm hoc nostrum corpus glorioso corpori Christi conforme reddetur, in nobis plena & perfecta, manifestissimè conspicienda exhibeatur.

Quoniam verò in quouis fœdere, pars vtraque alteri sese obligat, ideò nos quoque sanctè promittimus Deo, Patri, Filio, & Spiritui Sancto, nos per ipsius Gratiam, ipsum solum, verum nostrum, vnicúmque & vnum Deum agnituros & celebraturos, ipsum solum in omnibus calamitatibus & periculis invocaturos, & ita vt pios morigeròsque decet liberos, vitam nostram instituturos, quemadmodum id ipsum noua hæc natiuitas postulat & requirit, quæ in duobus hisce capitibus potissimùm consistit, nimirum, vt primùm, omnium nostrorum vera tacti motique pœnitentia, omne rationis nostræ acumen ac iudicium, & cupiditates ac desideria abnegemus, & voluntati Dei subijciamus, omniâque peccata seridè & ex animo oderimus & fugiamus: deinde, vt etiam in nobis accendi & excitari incipiat amor & alacris cupiditas, vitam secundùm præscriptum verbi diuini, in omni Sanctitate & Iustitia instituendi & continuandi.

Cùm verò interdum accidit, vt pro naturæ nostræ infirmitate, in peccata prolabamur, nequaquam conuenit, vt in ijs perseueremus, nec item, vt propter illa animum  
 pror-

prorsus despondeamus, & de salute nostra desperemus, aut per vllum aliud medium modumue, quàm per Christum, peccatorum nostrorum condonationem quaramus: sed contrà potius Baptismus noster commonefacere nos debet continuè, ut à peccatis desistamus, & certò ac indubitanter confidamus, quòd Deus, peccatorum nostrorum, propter effusum pro nobis Christi sanguinem, nunquàm amplius sit recordaturus, siquidem Sacrum hoc Baptismi laudum nobis certum est & indubitatum testimonium, Deum nobiscum fœdus pepigisse æternum, nosque in viuum æternæ Patris misericordiæ, & Sacrosanctæ Passionis & Mortis Iesu Christi fontem, per efficaciam & operationem Spiritus Sancti esse baptizatos.

Et si autem nostri Infantuli iam dictas causas, & recondita mysteria, per ætatem nondum intelligunt, nedum ut ea profiteri queant: tamen à Sacro Baptismo nequaquàm sunt excludendi, cum Deus ad suum illos vocârit & asciuerit fœdus, quod ipse cum Abrahamo omnium credentium Patre, & cum semine illius, ideòque etiam nobiscum & cum semine nostro pepigit: *Statuam, dicit Iehouáh, pactum meum inter me & te, intèrque semen tuum post te in generationibus*

*Genes. 17.  
Vers. 7.*

tuis, fœdere perpetuo, vt sim scilicet tibi in Deum,  
& semini tuo post te.

Iam verò certum est, nec negari potest,  
Dominum nostrum IESVM CHRISTVM  
in hunc venisse mundum, non vt Patris sui  
cœlestis Gratiam imminueret, sed multò  
potiùs, vt Gratia illud fœdus, quòd antè in-  
tra p̄pulum Israëliticum erat inclusum, per  
vniuersum terrarum orbem propagaret, &  
in locum Circumcisionis substituisse nobis  
& liberis nostris Sacrum hoc Baptismi laua-  
crum, vt esset certum testimonium & Sigil-  
lum huius ipsius fœderis, quemadmodum  
S. Apostolus Petrus hanc huius fœderis con-  
firmationem disertis verbis docet Acto-  
rum Apostolicorum capite 2. Resipiscite, in-  
quiens, & baptizetur vnusquisque vestrum in  
Actor. 2.  
Gerf. 38. 39. nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum, &  
accipietis donum Spiritus Sancti. Vobis enim facta  
est promissio. & liberis vestris, & omnibus, qui lon-  
gè sunt, quoscunque videlicet aduocauerit Dominus  
Deus voster.

Adhæc ipse etiam Dominus Christus  
iubet infantulos ad se adferri, iisdemque  
& voce & ipso facto regnum cœlorum  
addicit & promittit, vt scribitur Mar-  
ci 10.

Tunc obtulerunt ei puerulos, vt tangeret eos  
disci-



discipuli verò obiurgabant eos, qui offerebant. *Mar. 10. 6.*  
 Quod quum vidisset Iesus, indignatus est, & dixit *13. 14. 15. 16.*  
 eis; Sinite paruule venire ad me, & ne prohibete  
 eos. Taliū enim est regnum Dei. Amen dico vo-  
 bis, quicumque non exceperit regnum Dei, ut pueru-  
 lus, nequaquam in id ingreditur. Et, quum accepis-  
 set eos in vlnas, impositis in eos manibus, benedixit  
 eis.

Ex his verbis manifestè paret, nostros  
 etiam Infantulos in regno & fœdere Dei com-  
 prehendi, ideòque illis quoque Baptismum,  
 ut sigillum fœderis, esse conferendum, eti-  
 amli nondum per ætatem mysterium Bap-  
 tismi intelligant, quemadmodum & Infantu-  
 lis ipse IESVS CHRISTVS cum verbis,  
 tum re ipsa benedixit, ijdémque in Veteris  
 Fœderis Ecclesia, die natiuitatis suæ octauo  
 sunt circumcisi, licet Domini benedictio-  
 nem, & Circumcisionis illius mysterium nō-  
 dum intelligerent.

## D E V M E R G O

hoc inuocemus

modo;

Omnipotens, æternæ Deus, qui pro iu-  
 stissimo tuo & seuerissimo iudicio, in-  
 credulum & impœnitentem mundum, Di-

luuio obrutum submersumque puniisti, & fidelem Noha, septemque vnà cum ipso homines, pro singulari tua misericordia & clementia conseruasti, & contumacem illum induratumque Pharaonem cum vniuerso populi sui exercitu, in Mari Rubro submersum interneſione deleuiſti: populum verò tuum Israëliticum, ſiccis pedibus, ſaluum & incolumem per idem illud mare traduxiſti, quo quidem ipſo Baptiſmus hic præfiguratus & ſignificatus fuit: rogamus te per inexhaustam & immenſam tuam bonitatem & miſericordiam, vt hunc tuum infantulum (vel, hos tuos infantulos) benignis aſpicere oculis, & per Spiritum tuum Sanctum, filio tuo I E S V C H R I S T O inferere & incorporare digneris, vt vnà cum ipſo in Mortem ipſius conſepultus, cum ipſo quoque in nouam reſurgat vitam, in qua Crucem ſuam, Chriſtum aſſidue ſequens, æquo lætòque animo geſtet, & à Chriſto ſolo, vera fide, firma conſtantique ſpe, & ardenti amore dependeat, quò vitam hanc, quæ tamen profectò nihil eſt, niſi mors, læto & præſenti animo propter te relinquat, & extremi iudicij die coràm tribunali filij tui I E S V C H R I S T I, imperterritus compareat, per eundem Dominum noſtrum, filium tuum, I E S V M C H R I S T V M, qui vnà tecum & cum Spiritu ſancto verus & vnicus Deus vi-  
 uit

uit & regnat in omnem seculorum æternitatem, Amen.

*Pater noster, &c.*

Profitemini etiam mecum Articulos antiquissimæ nostræ & Catholicæ ac indubitanter verissimæ fidei Christianæ, in quos infantulus hic baptizatur.

*Credo in Deum Patrem, Omnipotentem, Creatorem cæli & terræ;*

*Et in Iesum Christum, filium eius vnigenitum, Dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus, descendit ad Inferna, tertio die resurrexit à mortuis, ascendit in cælum, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis, inde venturus est iudicatum viuos & mortuos.*

*Credo in Spiritum sanctum; Credo sanctam Ecclesiam Catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam. Amen.*

Quæstio: Cupitisne ergo, idq; vera fiducia promissionis Dei in Iesu Christo, quæ nobis & liberis nostris data est, quòd scilicet nō noster tantum, verum etiam seminis nostri in millesimam vsque generationem Deus esse velit, vt hic Infantulus in hanc promissionem baptizetur, & Sigillum adoptionis filiorum Dei accipiat?

*Responſio;      Cupimus.*

Hic nihil eſt neceſſe, Infantulum ſuis euolu-  
ui faſcijs & totum nudari: ſatis eſt caput  
tantummodo detegi.

Quo facto iubeat Eccleſiæ miniſter, In-  
fantulo certum imponi ab aſtantibus no-  
men: poſteà affundat ei aquam, ſic dicens:

*N. Ego baptizo te in nomine Dei, Patris, & filij, &  
Spiritus ſancti.*

### Gratiarum actio.

*Agite, agamus Domino Deo noſtro gratias ex  
toto pectore.*

Omnipotens, Miſericors Deus & Pater,  
agimus tibi gratias, quòd nobis & liberis no-  
ſtris omnia noſtra peccata per filij tui dile-  
ctiſſimi Ieſu Chriſti ſanguinem remiſiſti &  
condonaviſti, nòſque virtute ſancti tui Spi-  
ritus in membra vnigeniti tui filij, atq; ita in  
tuorum filiorum numerum atque ordinem  
ſuſcepisti, & hæc ipſa omnia nobis Sacroſan-  
cto baptiſmo obſignata confirmaviſti. Ora-  
mus etiam te per eundem tuum dilectiſſimum  
filium, vt hunc infantulum (vel hos infantulos)  
ſancto tuo ſpiritu regere digneris, vt pie &  
Chriſtianè educetur, & in domino Ieſu  
Chriſto aſceſcat & proficiat, vt paternam  
tuam



tuam bonitatem & misericordiam, quam tu & ipsi & nobis omnibus præstitisti, agnosce-  
re, inq̄ omni iustitia sub vnico nostro Do-  
ctore, Rege, & summo Pontifice Iesu Chri-  
sto viuere, fortiterque ac strenuè contra pec-  
cata, diabolum, vniuersumque eius regnum  
ac potentiam militare, pugnare, tandèmq̄  
triumphare, teq̄ & filium tuum Iesum Chri-  
stum, vnà cum sancto Spiritu, vnicum ve-  
rùmque Deum, in omnem æternitatem lau-  
dare & celebrare possit. Amen.

Carissimi in domino Iesu Christo, quo-  
niam huius infantuli curam in vos recep-  
istis, diligenter vobiscum cogitate & statu-  
ite, Deum nostrum esse Deum veracem, &  
velle, vt nos in veritate ipsi seruiamus. Qua-  
re vos propinqui & cognati, inprimis au-  
tem tu pater & compater scitote, vestrum  
hoc esse officium, vt omnem curam, fi-  
dem, & diligentiam adhibeatis, quò infan-  
tulus hic in vera Dei agnitione & timore se-  
cundùm articulos fidei Christianæ, eamq̄  
doctrinam, quæ ab ipso Deo cœlitùs patefa-  
cta, veterisque & noui testamenti libris com-  
prehensa est, educetur, cùmq̄ ad iustam per-  
uenerit ætatè, qua rationis iudicio rectè vti  
possit, ipsum commoneatis, quòd suscepto  
diuino huius fœderis signo & sigillo, sacro  
nimirùm baptismo, publicè in conspectu Dei  
& sanctorum eius angelorum, & Ecclesiæ  
Christi

Christi, Diabolum & Mundum vnà cum omnibus ipsorum factis & cupiditatibus abnegârit, seq̃ totum Domino dediderit & obligauerit, vt ipsi per totum vitæ suæ curriculum in omni sanctitate & erga sacrosanctum ipsius Euangelium obedientia seruiat. Hanc gratiam, precor, vt & huic infantulo & vobis largiatur æternus pater Domini nostri Iesu Christi, Amen.

PARAENESIS, QVA PRAEPARANTUR & INSTRUUNTUR ACCESSURI AD SACRAM  
Domini cœnam.

Cùm verbum Dei nobis tria hæc præcipuè capita proponat & inculcet, I. peccata nostra, 2. nostrî liberationem, 3. gratitudinē, quam Deo nos pro hac liberatione vicissim debemus: moneo hortorq̃ vos vniuersos ac singulos, vt quisq̃ sibi summam mandatorum Dei ante oculos proponat, hanc scilicet, *Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota animata tua, ex tota cogitatione tua, & ex omnibus viribus tuis, & proximum tuum, sicut te ipsum;* in qua summa, nobis Dei voluntas proponitur & commendatur: contrà quoq̃, cùm nos horum nihil vnquam præstiterimus, simul nobis peccata nostra, & miseria, & denique æterna quoq̃ nostrî condemnatio, tanquam in speculo illustri repræsentantur, Quapropter ex vobis quero primùm, an  
hæc

hæc vnà mecum coràm Deo agnoscat, idè-  
 oque vobis ipsi displiceatis, & fitiatis auidèq;  
 expetatis iustitiam & gratiam Iesu Christi?

*Responsio : Ita.*

Secundò, an credatis etiam, Deum non  
 misericordem tantùm, verum etiam iustum  
 esse, qui peccata nullo modo impunita di-  
 mittere velit, & cum ne quidem vniuersæ  
 creaturæ, huiusmodi pœnam peccatis no-  
 stris debitam, pro nobis sustinere & perferre  
 potuissent, vnicum Dei filium, in hunc mun-  
 dum, ex mera & gratuita patris misericordia  
 missum, verum corpus humanum veramq;  
 animã assumisse, quò scilicet ipse in ipsa illa  
 nostra carne & sanguine pœnam, iramq; Dei,  
 quam nos promeriti eramus, pro nobis per-  
 ferret, plenissimamq; hanc & perfectissimã  
 filij Dei pro nostris peccatis satisfactionem,  
 vnicuiq; nostrum singillatim, quicumque ve-  
 ra certaque fiducia eam amplectimur, secun-  
 dum certissimam Euangelij promissionem,  
 vt propriam, esse donatam, & vnumquemq;  
 pro se singillatim, peccatorum suorum remis-  
 sionem ac condonationem adeptum esse, id-  
 que tam verè & certò, atq; si nullum vnquam  
 peccatum ipse admisisset, aut in se habuisset;  
 & deinceps quoq; coràm Deo tam iustum &  
 sanctum haberi & æstimari, atq; si ipse omnè  
 illam præstitisset iustitiam, quam seruator  
 ipse

ipſius Ieſus Chriſtus pro ipſo præſtitit, ipſiſque abſque omni ipſius merito, ex mera gratia donauit, nulla eius habitacione, quòd ipſe omnibus his beneficijs ſit indignus, & plurimæ adhuc in ipſo imbecillitates ſint reliquæ. Nam etiam hæ ipſe omnes paſſione & obedientia Ieſu Chriſti tectæ ſunt & opertæ, donec tandem prorsùs abolitæ tollantur.

Præterea, Chriſtum vniciſque veſtrùm ſingillatim hanc liberationem iam antè ſemel ipſi in Sacroſancto baptiſmo, à ſe promiſſam & donatam, nunc rursùs Sacroſancta ſua cœna, tanquam certiffimis tabulis & ſigillis per operationem Spiritus ſancti in corde ſuo ſtabilire & confirmare, idque hoc modo, 1. quòd Chriſti corpus tam certò in cruce pro ipſo oblatum & mactatum, Chriſtiſque ſanguis, pro ipſo ſit effuſus, atque ipſus ſuis cernit oculis, panem, quem Dominus ſuum appellat corpus, ipſi frangi, & poculum gratiarum actionis ipſi porrigi & communicari. 2. quòd ipſe Dominus I E S U S C H R I S T V S famelicum afflictumque ac attritum ipſius cor, laſſamque & fatiſcentem animam, operatione & efficacia Spiritus ſancti, ſuo crucifixo corpore & profuſo ſanguine tam certò in vitam æternam cibet & potet, quàm certò ex manu miniſtri ipſe accipit, & ore edit & bibit de ſancto domini pane & poculo ad ipſius Domini recordationem: quòdque hanc



hanc ob causam passio & mors Christi tam certò & indubitatè sit ipsius propria, atque si ipse in proprio suo corpore, passus esset ea omnia, quæ Dominus in suo sancto benedictò- que corpore, pro ipso passus est. Huius enim consolationis obrinendæ fruendæq; causa Dominus Iesus sacrosanctam suam cœnã ad suã recordationem instituit, ut nos eam vera seriãq; gratitudine & lætitia obiremus & celebraremus, donec tandè in nubes descendēs, nos à cruce & miserijs, quas in hoc tristissimo mundi ergastulo patienter & æquo animo, ad ipsius exemplũ gestare & tolerare tenemur, prorsus & perfectè liberatos, in æternum patris sui regnum, totos cum corpore & anima ad se receptos transferat.

Estne ergò hæc vestra fides?

*Responsio;* Est.

Tertiò exploret quoq; vnusquisq; cor suũ, & in se descendat, an etiam verè & ex animo cupiat Dño Christo gratum se toto vitæ suæ tempore exhibere: an quoq; omnem inuidiam, odium, animiq; amaritudinem verè & seriò deposuerit, proximòque suo ignoucrit, quem admodum & Dñs Iesus nobis miseris peccatoribus, infinitis modis plura & sapiens ignouit: an etiã omnes generis execrationes impudicos sermones & actiones, helluationes, computationes, aliãq; peccata ex animo ode-

oderit, adeò, vt firmiter & constanter hoc ipso loco in conspectu Dei Omnipotentis sibi habeat propositum statutumq; , ea ipsa post-hac per Dei gratiam toto vitæ suæ curriculo nunquam admittere?

*Responsio; Ita.*

Quicumq; ergo harum rerum testimoniū & approbationem in suis ipsi sentiunt & deprehendunt animis, hi, nihil est, quod dubitent, quin per meritum sanctissimæ passionis & mortis Christi, remissionem omnium suorum peccatorum iam nunc habeant, & certissime retineant, quamdiu in hoc proposito perseverant, nec quidquam ijs hanc ad rem sit impedimēto, quòd plurimæ adhuc in ipsis imbecillitates sint reliquæ, quæ etiam ipsa illa passione & morte Iesu Christi tectæ sunt & opertæ. Quare quicumq; hæc verè & ex animo expetit & desiderat, dicat, Amen.

In genua procumbentes, ita, vt nos Dominus docuit, precamini:

*Pater noster, &c.*

POST PRECATIONEM MINISTRI  
Ecclesiæ ita dicat:

*Deus pacis autor sanctificet vos totos: & integer vester Spiritus, & anima & corpus inculpatè in aduentum domini nostri Iesu Christi seruentur. Fidelis est, qui vocauit vos, qui etiam id efficiet.*

FOR.

FORMA ADMINISTRATIO-  
*tionis & celebrationis Sacrosanctæ  
 Cœnæ Dominicæ.*

Carissimi in Domino Iesu Christo, ad-  
 uertite animum ad recitationem verborum  
 institutionis Sacrosanctæ cœnæ Domini no-  
 stri Iesu Christi, descriptæ nobis à sancto  
 Apostolo Paulo, prioris ad Corinthios Epi-  
 stolæ capite 11:

Ego accepi à Domino, quod & tradidi vobis, Do-  
 minū Iesum videlicet, ea nocte, qua proditus est, ac-  
 cepisse panem: Et gratijs actis fregisse ac dixisse, Ac-  
 cipite, edite: hoc meum est corpus, quod pro vobis  
 frangitur: hoc facite ad meī recordationem. Itidem  
 & poculum, postquam cœnasset, dicendo, Hoc pocu-  
 lum, est Nouum illud testamentum per meum san-  
 guinem: hoc facite quotiescunq; biberitis, ad meī re-  
 cordationē. Quotiescunq; enim ederitis panē hunc,  
 & poculum hoc biberitis, mortem Domini annun-  
 tiatis, vsq; quo venerit. Itaq; quisquis ederit panem  
 hunc aut biberit hoc poculum Domini indigne, reus  
 tenebitur corporis & sanguinis Domini. Probet au-  
 tem quisq; seipsum, & ita de pane illo edat, & de  
 poculo illo bibat. Nam qui edit & bibit indigne, da-  
 mnationem sibi ipsi edit & bibit, non discernens  
 corpus Domini.

Vt ergò nostro cōmodo & solatio cœnam  
 Domini celebrare possimus, ante omnia no-

bis est necessarium, ut ipsi prius nos probe-  
mus & exploremus: deinde ut cœnata hant  
in eum referamus & dirigamus finē, in quem  
ipse Dominus Christus eam instituit, nimi-  
rum ad suā recordationem.

Vera probatio nostrī ipsorum consistit in  
tribus hūc capitibus:

Principiò expendat vnusquisq; apud se sua  
peccata & maledictionē, vt hoc modo ipse  
sibi displiceat, seq; coram Deo humiliet & de-  
mittat, cum videat iram Dei aduersus pecca-  
tata tantam esse, vt Deus potius, quàm pec-  
cata impunita dimitteret, ea in dilectissimo  
suo filio Iesu Christo, acerbissima & ignomi-  
niosissima morte crucis puniuerit & vindi-  
cauerit.

Deinde exploret vnusquisque cor suum,  
anne etiā fidem habeat certissimæ huic pro-  
missioni Dei, quod omnia ipsius peccata,  
propter solius passionis & mortis Iesu Chri-  
sti meritum, ipsi remissa, & perfecta Christi  
iustitia ipsi, vt propria ipsius, imputata & do-  
nata sit, haud aliter, atque si ipse pro omni-  
bus suis peccatis Deo satisfecisset, omnemq;  
iustitiam impleuisset.

Postremò exploret vnusquisq; suam con-  
scientiam, anne etiam certum ipsi sit delibe-  
ratumq; posthac tota sua vita Deo omni-  
potenti gratum se exhibere, & coram facie Do-  
mini integrè & sincerè ambulare: anne et-  
iam



iam extra omnem dolum & hypocrisim, verè & ex animo detestetur & abijciat omnè inimicitiam, inuidiam & odium, serióque habeat sibi propositum, deinceps in vera caritate & concordia cum proximo suo vivere.

Quicumq; ergo hoc sunt animo, eos Deus certissimè vult recipere in gratiam, & dignos ac idoneos filij sui Iesu Christi conuiuas agnoscere.

Contrà verò, qui hoc in cordibus suis testimonium non sentiunt, ij sibi ipsis edunt & bibunt damnationè. Quapropter nos quoque ex mandato Christi & Apostoli Pauli, omnes illos, qui ipsi sibi conscij sunt, pollutos se esse sequentibus flagitijs, monemus, vt ab hac mensa Domini abstineant, ipsisq; denuntiamus, nullam ipsos partem & communionem regni Christi habere, cuiusmodi sunt, omnes idololatrà, omnes, qui demortuos sanctos, angelos, aliàsue creaturas inuocant, qui simulacra colunt, omnes magi, & diuinatores, omnes, qui pecudibus et hominibus, alijsq; rebus, auxilium incantationibus & consecrationibus suis se ferre posse putât, quiq; huiusmodi incantationib<sup>9</sup> fidè adhibèt, omnes blasphemj, oès dissensionũ & distractionũ in Ecclesijs & politijs autores, omnes periuri, omnes parentib<sup>9</sup> suis & magistratui nõ obediens, oès homicidæ, pugnaces, rixatores, qui in odio atq; inuidia aduers<sup>9</sup> pro-

ximos suos viuunt, omnes adulteri, scortatores, belluones, fures, fceneratores, prado-  
nes, aleatores, auari, deniq; omnes, qui scan-  
dalo obnoxiam vitã degunt. Hi omnes, quã-  
diu in huiusmodi, flagitijs perſeuerant, cer-  
tò certius ſciant, ſecumq; ſtatuant, ſibi ab hoc  
cibo, quem Chriſtus ſolis ſuis fidelibus inſti-  
tuit & adornauit, eſſe abſtinendum, ne iudi-  
cium & condemnatio ipſorum tantò red-  
datur grauior.

Hæc autem cariffimi in Chriſto, nõ ideo  
nobis proponuntur, vt territæ attritæq; fide-  
lium conſcientiæ magis etiam dei ieiſentur &  
turbentur, quaſi ijs tantum ad cœnã Domini  
accedere fas ſit & licitum, qui omni vacent  
peccato. Nequaquã enim ad cœnam hæc ac-  
cedimus eo conſilio, vt hoc accēſſu teſtatum  
faciamus, nos in nobis ipſis perfectos eſſe &  
iuſtos: ſed contrã potiùs, cùm vitam ſalutẽ-  
que noſtrã extra nos in Ieſu Chriſto quæra-  
mus, oſtendimus hoc ipſo, & fate mur, nos in  
profundiſſimã totos demerſos iacere mor-  
tẽ. Quapropter etiamſi adhuc in nobis plu-  
rimũ defectuũ & miſeriarũ ſentiamus & ex-  
periamur, cuiuſmodi ſunt, quòd perfecta fi-  
de præditi non ſumus, quòd item nequaquã  
ea alacritate & zelo, quo debebamus, ad Deo  
ſeruiendũ nos dedimus, ſed quotidie nobis  
cum fidei noſtræ imbecillitate, & prauis no-  
ſtræ carnis cupiditatibus decertandũ eſt: ni-  
hilo-

hilominus tamē, cūm per gratiam sancti Spiritus, huiusmodi defectus ex animo nobis doleant, nōsq; seridō incredulitati nostræ resistere & aduersari, vitāmq; nostrā secundūm omnia Dei mandata instituere & conformare cupiamus & studeamus, certō certius scire ac statuere debemus, nullum neq; peccatum, neq; imbecillitatem, quæ adhuc contra nostram voluntatē in nobis est reliqua, impedire posse, quōd minūs Deus nos in gratiam recipiat, atque ita cœlesti hoc cibo ac potu dignos, eiusdemq; participes faciat.

Secundō, expendamus quoq; & nobiscum nunc reputemus, in quē finem nobis suam Dominus cœnā instituerit, nimirū, vt hanc cœnæ celebrationem obeamus ad ipsius recordationem.

Ita autem in cœna hac rectē ipsius recordabimur, vt primū certa cordis nostri fiducia statuamus, Dominū nostrū Iesum Christum iuxta promissionem inde vsq; à primo mundi exordio Patriarchis editā, à patre in hunc mundum missum, iram patris, sub qua nobis in perpetuum fuerat pereundem, ab ipso statim principio, suæ incarnationis ad extremum vsq; vitæ suæ momentum, in his terris pro nobis sustinuisse, omnēmq; obedientiam legi Dei debitam & iustitiam impluisse, in primis verō, cūm pōdus molēsque nostrorum peccatorum, & iræ diuinæ, ipsi cru-

entum in horto sudoré expressit, cum item funibus colligatus & cōstrictus est, vt nos ligatos solueret ac liberaret, postea quoq; infinitas cōtumelias perpeffus est, ne nos vnquā in cōtumelijs succumberemus & periremus, innocēs morti adiudicatus & damnatus est, vt nos corā tribunali & iudicio Dei absolueremur, quinetiam sacrosanctum suū & benedictum corpus cruci affigi passus est, vt nostrorum peccatorum chirographū cruci eidē affixum aboleret, atq; hoc modo maledictionem à nobis in seipsum deriuauit, vt sua nos benedictione expleret, cumq; seipsum in profundissimam & tristissimam ignominia, infernalēq; corporis & animæ terrores in ligno crucis demisit & abiecit, clara atq; voce exclamans, *Deus meus, Deus meus, cur deseruisti me*, nimirum vt nos ad Deū recepti nunquā ab ipso desereremur, & tandem sua morte & sanguinis profusione nouum & æternum testamentum, fœdus scilicet gratiæ & reconciliationis conclusit & perfecit, vt ipse testatus est, inquit, *Consummatum est.*

Vt autem nos certò crederemus, nos quoque ad hoc pertinere gratiæ fœdus, accepit Dominus Iesus in postrema sua cœna panē, gratiūq; actis, fractum illum dedit discipulis suis, inquit: *Accipite, edite: hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. Hoc facite ad meā recollectionem. Itidem & poculum, postquā cœnasset, accipiens,*



accipiens, gratias actis, inquit: Accipite & bibite ex eo omnes: Hoc poculum est nouū illud testamentum per meū sanguinem, qui pro vobis & pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Hoc facite, quotiescunque biberitis, ad meū recordationem.

## H O C E S T.

Quotiescunq; de pane hoc editis, & de poculo hoc bibitis, scitote & statuite, vos per ea tanquā per certissimū mnemosynō & pignus cōmone fieri & certiores reddi de hac mea seria, & ardenti erga vos fide & amore, quōd videlicet ego pro vobis, quibus, absq; hoc fuisset, in æterna morte fuisset pereundū. corp<sup>o</sup> meū in ligno crucis in mortē trado, meūq; sanguinem effundo, vestra<sup>q;</sup> famelicas & sitientes animas illo ipso meo crucifixo corpore, & effuso sanguine in vitam æternam cibo & potu, tam certō, quam certō vnicique vestrum hic panis ante suos oculos frangitur, & poculum hoc datur, vosque hæc ipsa in meū recordationem, ore vestro editis & bibitis. Ex hac sacrosanctæ Dñi nostri Iesu Christi cœnæ institutione perspicuè videm<sup>o</sup> & intelligimus, ab ipso nostrā fidem & fiduciā in perfectissimū ipsius sacrificiū, semel in cruce peractū, tanquā in vnica basin & petram nostræ salutis dirigi & deduci, in quo sacrificio ipse famelicis & sitientibus nostris animabus verus vitæ æternæ cibus & potus factus est. Nam sua morte causam æternæ nostræ famis

& egestatis, peccatū videlicet, è medio sustulit, nobisq; viuificantem meritis est & impetrauit Spiritum, vt per hunc ipsum Spiritū, qui in Christo, vt capite, & in nobis, vt membris suis, habitat, veram cum Christo communionē habeamus, & omnium ipsius bonorum, vitæ æternæ, iustitiæ, & gloriæ participes reddamur.

Deinde ut per eundem illum spiritum inter nos mutuò, tanquā membra vnius corporis, vera fraternāque caritate copulati deuinciamur, iuxta S. Apostoli dictum: *Vnus panis, vnum corpus multi sumus: nā omnes vnius panis simus participes.* Quemadmodum enim ex multis granulis vna molitur farina, & vnus pinfitur panis, & ex multis acinis vinaceis in vno cōpressis torculari, vnum vinum, vnūque potus profluit, intérque se commiscetur: ita quoq; nos, qui vera fide Christo inserti sumus & incorporati, debemus per veram fraternamq; caritatē, propter Christū carissimū & fidissimū nostrum seruatorē, qui nos prior vsq; adeò dilexit, vniuersū vnum esse corpus, idq; etiam nō verbis tantū, verū etia factō & re ipsa testatum facere & demonstrare. Hanc gratiā nobis largiatur omnipotens & misericors Deus & pater Domini nostri Iesu Christi per sanctum suum spiritum, Amen.

P R E C E M V R .

Misericors Deus & pater, oramus te, vt in  
hac

hac coena, in qua obimus & celebramus præ-  
 claram acerbissimæ mortis dilectissimi tui fi-  
 lij Iesu Christi recordationem, per Spiritum  
 tuum sanctum in cordibus nostris ita effica-  
 citer opereris, vt filio tuo Iesu Christo quoti-  
 die magis magisque vera fiducia nos deda-  
 mus, quò miseræ nostræ & consternatæ con-  
 scientiæ, verò ipsius corpore & sanguine, im-  
 mò ipso verò Deo & homine, æterno illo &  
 cœlesti pane, per virtutem Sancti Spiritus, ci-  
 bentur & refocillentur, ne nos amplius in no-  
 stris peccatis, sed vt ipse in nobis, & nos in ip-  
 so viuamus, nouique & æterni testamenti  
 ac fœderis gratiæ adeò verè participes simus,  
 vt nihil dubitemus, quin tu in perpetuum  
 clementissimus noster Pater esse, nostra no-  
 bis peccata nunquàm imputare, nobisque, vt  
 carissimis tuis filijs & hæredibus, de omni-  
 bus corpori & animæ necessarijs prospicere  
 velis. Largire quoque nobis hanc gratiam, vt  
 læto & imperterrito animo Crucem nostram  
 in nos suscipientes, nos ipsi abnegemus, ser-  
 uatorem nostrum confiteamur, inque om-  
 nibus miserijs alacri erectoque vultu, Domi-  
 num nostrum Iesum Christum ex cœlo expe-  
 ctemus, cum mortalia hæc nostra corpora suo  
 glorioso corpori conformia reddet, nòsque  
 ad se in omnem æternitatem recipiat.

*Pater noster, &c.*

Confirma quoque & corrobora nos per  
sacrosanctam hanc cœnam in catholica & in  
dubitanter vera fide Christiana, quam nos  
ore & corde profitentes sic dicimus.

*Credo in Deum patrem, &c.*

Ut ergò Christo, vero pane cœlesti cibe-  
mur, agite, ne affigamus corda nostra ad visi-  
bilem hunc panem & vinum, sed erigamus &  
attollamus corda & fidē nostrā sursum in cœ-  
lum, vbi Christus Iesus ad dexterā patris sui  
cœlestis, noster est aduocatus & intercessor,  
quò etiam nos articuli fidei nostrę Christianę  
remittunt & deducunt, nihilque dubitemus,  
quin per operationem sancti Spiritus, tam ve-  
rè certòq; corpore & sanguine ipsius, animæ  
nostræ cibentur & potentur, quàm verè cer-  
tòq; sacrum hunc panem potúmque, ad ipsi-  
us recordationem accipimus.

His ita dictis minister ecclesię vniciq;  
ad cœnam accedenti, partem de pane  
Domini defractam porrigens dicat.

*Panis, quem frangimus, est communio corporis  
Christi.*

Alter item ecclesię minister poculum  
porrigens dicat.

*Poculum benedictionis, cui benedicimus, est com-  
munio sanguinis Christi.*

Interea pro multitudinis ad cœnam ac-  
cedentium & cuiusq; ecclesię ratione,  
dum

*Communio  
fidelium*



dum peragitur communio, vel cantantur Psalmi, vel recitentur Capita quaedam ad recordationem mortis Christi pertinentia & accommodata, vt 14. 15. 16. 17. 18. Iohannis, & 53. Esaiæ, liberũque sit hac in re vsurpare, quod cuique ecclesiæ erit accommodatissimum, & ad ædificationem maximè conueniens ac salutare.

POST PERACTAM COMMUNIONEM Minister ecclesia ita dicat;

Carissimi in domino, quum iam Dominus ad suam mensam nos cibauerit, agite, vnanimis gratiarum actione nomẽ ipsius celebremus, dicatque apud se quisque hoc modo:

Benedic anima mea Iehouæ, & omnia interiora mea nomini sanctitatis eius. Benedic anima mea Iehouæ, & ne obliuiscaris omnium beneficiorum eius. Qui remittit omnes iniquitates tuas, qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de fouea vitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus. Misericors & clemens Iehoua, longus ira, & multus misericordia. Non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Quoniam secundum altitudinem cæli super terram, roborauit misericordiam suam super timentes se. Quantum distat Oriens ab Occidente, distare fecit prauaricationes nostras.

Quo-

Quomodo miseretur pater filiorum, miseretur  
 huius timentium se, qui etiam proprio Filio non  
 percit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, & cum  
 eo omnia nobis gratificatus est. Quare commen-  
 dat suam caritatem erga nos Deus, quòd, cum ad  
 huc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus  
 sit. Iustificati igitur eius sanguine. seruabimur nunc  
 multò magis per eum ab ira. Nam si quum inimici  
 essemus, reconciliati fuimus Deo per mortem filij  
 eius, multò magis reconciliati seruabimur per vitam  
 ipsius. Quapropter & lingua & cor meum, laudem  
 Domini annuntiabunt & nunc, & in omnem usque  
 eternitatem.

Vel sic,

Omnipotens misericors Deus & Pater,  
 agimus tibi gratias toto pectore, quòd pro in-  
 exhausta tua misericordia, vnigenitum tuum  
 filium nobis mediatorè & victimam pro no-  
 stris peccatis, cibumque & potum vitæ æter-  
 næ donasti, quòdque veram nobis largiris fi-  
 dem, per quam horum tuorum beneficiorum  
 efficiamur participes, quòd etiam ad huius  
 plus fidei confirmationem, voluisti, dilectis-  
 simum tuum filium Iesum Christum, nobis  
 sacrosanctam suam cœnam instituere. Roga-  
 mus te fidissimè & clementissimè Deus & Pa-  
 ter, vt per operationem tui Spiritus efficias,  
 vt hæc Domini nostri Iesu Christi recordatio,  
 mortisque eius annunciatio, nobis in quoci-  
 dianum

dianum & continuum veræ fidei, salutaris-  
que communionis Christi, profectum & in-  
crementum cedat, per eundem dilectissimum  
tuum filium Iesum Christum.

FORMA PUBLICAE NO-  
uorum Coniugum coram Ecclesia  
inaugurationis.

Cum varias plerumque coniuges æru-  
mas & calamitates propter peccatum senti-  
ant & experiantur: vtu N. tūque N. qui  
coniugale vestrum vinculum, mutuamque  
obligationem, coram ecclesia Christi appro-  
bati & confirmari cupitis, in animis vestris  
certi sitis de præsentissimo Dei auxilio in ca-  
lamitatibus & Cruce vestra, audite & atten-  
dite ex verbo Dei, coniugium, vitæ genus es-  
se honorabile & laudatum, ordinemque à  
Deo institutum, ipsique placentem. Quamo-  
bremer etiam coniugibus benedicere & bene-  
facere, iisque adesse & opitulari: Scortatores  
autem & adulteros punire & vlcisci vult Deus.

Principiò ergò scitote, quòd Deus Pater  
noster, postquam cælum & terram, & quid-  
quid his, continetur, creauisset, hominem  
tandem ad sui similitudinem & imaginem  
creauerit, qui dominaretur bestijs terræ, pi-  
scibus maris, & volucris cœli, cumq; ma-  
sculum iam creauisset, ita locutus sit: *Non est  
bonum*

bonum, hominem esse solum, propterea faciam  
 adiutorium, quod sit coram eo. Cadere igitur fecit  
 Iehouah Deus soporem super hominem, & obdormi-  
 uit: tulitque vnam e costis eius, & clausit carnem  
 pro ea. Et edificauit Iehouah Deus costam illam  
 quam tulerat ex homine, in mulierem, & adduxit  
 eam ad hominem. Dixitque homo, Hac vice os ex  
 ossibus meis, & caro ex carne mea: propterea voca-  
 bitur Virissa, quia ex viro sumpta est ista. Idcirco de-  
 relinquet vnusquisque patrem suum ac matrem su-  
 am, & adhaerebit vxori suae, eruntque caro vna.

Quapropter nihil dubitate, quin coniugi-  
 um Domino Deo placeat & proberur, cum im-  
 pte Adamo coniugem suam creauerit, eamque  
 ad ipsum adductam, ei in vxorem dederit,  
 quo testatum fecit, se etiam hodie vnicuique  
 coniugem suam, tanquam manu sua addu-  
 ctam adiungere & tradere. Atque hanc ipsam  
 ob causam etiam Dominus Iesus Christus vi-  
 tam conjugalem summo condecorauit ho-  
 nore, sua videlicet praesentia & magnifico  
 munere, illustrique miraculo, Canae in Galli-  
 laea, vt hoc ipso doceret & testaretur, coniu-  
 gium apud omnes in summo pretio & hono-  
 re esse habendum, & se quoque, etiam tunc,  
 cum homines minimè tale quid sperant &  
 expectant, coniugibus auxilium suum & be-  
 neficentiam praestitutum.

Vt autem pie in hoc vite genere viuere pos-  
 sitis,



stis, vestrū est cognoscere & expendere causas propter quas Deus coniugium instituit.

Prima causa est, vt coniuges alter alterum fideliter in omnibus ad temporalem hanc, itemque ad æternam vitam pertinentibus iuent & promoueant.

Secunda, vt postquàm hæredes liberos nacti erunt, eos ipsos in vera Dei agnitione ad ipsius gloriam & honorem educent.

Tertia, vt vnusquisque omnem spurcitiam ac impudicitiam, prauasque cupiditates fugere & vitare, atque ita bona tranquillaque conscientia viuere possit. Nam propter fornicationes vitandas, suam quisque uxorem habeat, & proprium quæque virum habeat, ad eò, vt omnes ij, qui ad iustam peruenierunt ætatem, nec tamen peculiari illo pudicitia & continentia dono instructi sunt, ex mandato Dei teneantur matrimonium iuxta Christianæ ecclesiæ ordinem & constitutionem, scientibus & consentientibus suis parentibus, vel tutoribus & cognatis intrare, ne templum Dei, hoc est, corpus nostrum contaminetur. Nam si quis templum Dei violat, hunc perdet Deus. Deinde scire quoque vestrum est, qualem se alter erga alterū, secundum præscriptum verbi diuini gerere & præstare debeat.

Principiò tu sponse scito, quòd DEVS te caput & Dominum mulieris constituit.

stituerit, vt eam, quoad scies ac poteris, placidè, moderatè & prudenter regas, instituas, fideris & defendas, sicuti à capite gubernatur reliquum corpus, immò sicuti Christus est caput, sapientia, solatium, & præsidium sue ecclesiæ.

Adhæc diliges & amabis vxorem tuam, vt tuum ipsius corpus, quemadmodum & Christus ecclesiã suam dilexit: non eris aduersus eam duro, acerbòque & amaro animo, sed habitabis viuèsq; cum ea placidè & intelligenter, & sexui fœmineo, tanquàm fragili & imbecilli vasi suum exhibebis honorem, vt, qui item coheres sit gratiæ & vitæ, ne preces vestræ interturbentur & impediantur.

Cùm item mandatum Dei postulet, vt vir in sudore vultus sui, panem suum comedat, memineris, tibi in tua diuina vocatione sedulo fidelitèrque & assiduè esse laborandum, vt familiam tuam piè & honestè alere, atque adeò etiam aliquantulum comparcere, quod egentibus elargiaris, possis.

Vicissim tu sponsa scito quoque, qualem te, secundùm præscriptum verbi Dei, erga maritum tuum gerere & præstare debeas: tu ergo legitimum tuum maritum debes amare, colere, & reuereri, ipsique, tanquàm Domino tuo, in omnibus æquis & honestis rebus esse morigera & dicto audiens, quemadmodum corpus capiti & ecclesiã Christo subijcitur

ijcitur & obtemperat: non arrogabis, nec sumest tibi imperium & dominium in tuū maritum, sed placida eris, modesta q̄ & tranquilla. Adam enim prior creatus est, deinde verò Eua, vt esset Adamo adiutorium. Post lapsum quoque generis humani Deus idem mandauit Eua, & in ipsius persona, toti sexui, sc̄mineo, inquit: *Ad virum tuum erit desiderium tuum, ipseque dominabitur tibi.*

Huic diuinæ ordinationi tu ne resistito, sed multò potius sequitor mandatum Dei, & exempla sanctarum matronarum, quæ omnem suam fiduciam in Deum collocantes, maritis suis obediebant, sicut Sara obediuit Abrahamæ, Dominum eum vocans. Marito quoque tuo in omnibus rebus licitis & honestis fidam te sociam & auxiliatricem præbebis: liberorum tuorum & familiæ diligentem habebis curam & rationem, vitamque deges cum omni modestia & honestate, absque omni externo & exquisito ornatu ac pompa, vt alijs sc̄minis exemplo modestiæ præluceas.

Quare tu N. tūque N. cū iam audiueritis & perceperitis, à Deo institutum esse cōiugium, & quid in eo vobis à Deo sit mandatum: estne hoc vestrum institutum & propositum, ita in hoc sancto vitæ genere viuere, quemadmodū hic coràm ecclesia Christi vos victuros profiterimini & testamini, cupitisne etiā, vt hoc ipsum cōiugale vestrum vinculū stabilietur & cōfirmetur?

*Responſio,**Ita.*

Tum dicat Miniſter:

Teſtes cito & adhibeo vos omnes, quotquot hîc adeſtis: attamen ſi cui conſtet, alterutrum ex duobus his, alij alicui, obligatione coniugali eſſe deuinctum, aut aliàs aliud ali-quod præſtò eſſe impedimentum, is, rogo, vt id nunc hîc patefaciat & indicet.

Quòd ſi nemo quidquam indicet, nec obloquatur, tum eccleſiæ miniſter ita porrò per-gat: Cùm nemo refragetur, nullumque addit impedimentum, precor optòque, vt Deus optimus maximus pium veſtrum ſanctumque pro-poſitum, quod ipſe vobis indiſit, confir-met & promoueat, veſtrumque hoc institu-tum procedat in nomine Domini, qui fecit cœlum & terram.

His diſtis miniſter eccleſiæ ita aloqua-tur ſponſum:

Tu N. fateriſne hîc coràm Deo & ſanctæ-ius eccleſiæ, quòd N. hîc coràm aſtante acce-peris & accipias in tuam legitimam vxorem, promittis que, quòd nunquam eam ſis de-ſerturus, ſed contrà ſemper dilecturus, ſedulòque & fideliter nutriturus, quemad-modum pius & fidelis maritus vxori ſuæ id præſtare tenetur, quòd item ſanctè & caſtè cū ea ſis victurus, ei que fidem in rebus omnibus ſeruaturus ſecundum regulam verbi Dei & ſacroſancti eius Euangelij?

*Reſpon-*



*Responsio, Ita.*

Deinde sponsam ita:

Tu N. faterisne hinc coram Deo, & sancta eius ecclesia, quod N. hinc coram astantem acceperis & accipias in tuum legitimum maritum, promittisque, te debitam ipsi obedientiam præstare, ipsi seruire, ipsum iuuarè, ipsum nunquam deserere, castè sanctèq; cum ipso viuere, fidè ipsi in rebus omnibus seruare velle, quemadmodum pia & fidelis vxor marito suo id præstare tenetur, iuxta regulà verbi Dei & sacrosancti eius Euangelij?

*Responsio, Ita.*

Posteà Ecclesię minister, sponsi sponseq; iungens dexteras sic dicat:

Pater omnis misericordiæ, qui vos pro sua gratuita bonitate ad sanctum hoc vitæ genus & cõiugale vinculum vocauit, colliget & deuinciat corda vestra, vera caritate & fide, vobisque copiosè & clementer in omnibus benedicat. Amen.

Aduertite nunc quoque animum aurèsq; ad sacrosanctum Euangelium, vt pernoscatis, quàm firmum & indissolubile sit hoc coniugale vinculum, quemadmodum id descripsit S. Euangelista Matthæus capite 19:

Pharisæi adierunt Iesum, tentantes eum, & dicentes ei, Licetne homini dimittere vxorẽ suam quauis ex causa? Ille verò respondens dixit eis; Non

legistis, opificem ab initio fecisse masculum & feminam? Et dixisse, Propterea relinquet homo patrem & matrem, & agglutinabitur uxori suae: & qui duo fuerant, erunt una caro? Itaque non amplius sunt duo, sed una caro. quod ergo Deus coniunxit homo ne seiungat. Dicunt ei, Cur ergo Moses mandavit dare libellum discessionis, & eam dimittere? Dicit eis; Moses pro duritia cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras: ceterum à principio non fuit ita. Dico autem vobis, quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob scortationem, & aliam duxerit, eum mœchari: & qui dimissam duxerit, mœchari.

Certò itaque credite hisce Domini verbis, certòque & indubitanter vobiscum statuite, quòd ipse omnipotens & clemens Deus & Dominus noster vos ad sacrum hoc coniugium vocatos coniunxerit, idèdque quidquid in hoc coniugio vobis acciderit, id omne patienter, gratòque animo, tanquam ex Domini manu, qui vos sic coniunxit, acceptum tolerate. Amen.

His actis iubeat minister coniuges hos in genua procumbere, dicens:

P R E C E M V R.

Omnipotens Deus, qui admirandam tuam bonitatem & sapientiam in omnibus tuis creaturis, & constitutionibus declaras & con-

conspiciendam præbes, & iam inde à primo mundi principio, ipse dixisti, non esse bonum, vt homo sit solus, ideòque ei adiutorium, quod ei semper præsto esset, creauisti, mandastique & sanxisti, vt duo sint vnum: punis quoque seuerè omnem immunditiam & omnem impudicitiam: oramus te, vt, cum tibi placuerit, duos hos ad sacrum coniugium vocatos coniungere, & inter se deuiucire, ipsis largiri digneris sanctum tuum Spiritum, vt in vera certaque & constanti fide sanctè iuxta tuam voluntatem viuentes omni malo resistent & repugnant: benedic quoque ipsis & benefac, quemadmodum benedixisti & benefecisti in te credentibus patriarchis, tuis illis peculiaribus amicis & fidelissimis seruis, Abrahamo, Isaaco & Iacobo, vt, tanquam cohæredes illius fœderis, quod cum ijsdem illis patribus percussisti, sanctos consequantur liberos, eosque ad sancti tui nominis gloriam & honorem, proximorumque suorum commodum & utilitatem, & sacrosancti tui Euangelij propagationem, piè & sanctè educare possint. Exaudinos, exaudi ô Pater omnis misericordiae, per IESVM CHRISTVM filium tuum dilectissimum, Dominum nostrum. Amen.

*Pater noster, &c.*

Auscultate nunc quoque promissionem  
Dei ex psalmo 128.

1. *Beatus omnis, qui timet Iehouam, qui ambulat  
in vijs eius.*
2. *Laborem manuum tuarum quia comedes: beatus  
eris, & bonum tibi erit.*
3. *Vxor tua erit, sicut vitis fructificans in lateribus  
domus tue: & filij tui, sicut plantationes olearum  
in circuitu mense tue.*
4. *Ecce certè sic benedicetur vir, qui timet Iehouam.*
5. *Benedicet tibi Iehoua ex Syon, & videbis bonum  
Ierusalaim omnibus diebus vita tue.*
6. *Et videbis filios filiorum tuorum, & pacem super  
Israel.*

Deus optimus maximus impleat vos sua  
gratia, efficiatque, vt omnibus bonis afflu-  
entes, diu & sanctè vnà vitam degere queatis,  
Amen.

## DE VISITATIO-

*ne agrotorum.*

Veri & fidelis ministri ecclesiæ officium non tantum hoc requirit & postulat, vt populum, cui ipse pastor & custos est constitutus, publicè pro concione doceat, verum etiam, vt singulos seorsum, quoad eius fieri omninò potest, moneat, reprehendat, & con-



consoletur. Iam verò nunquam toto vitæ suæ tempore, homo magis vehementiusque eget institutione in doctrina cœlesti, verâq; & solida constantique consolatione, quàm cum à Domino rebus aduersis, vt sunt, morbi, & his similes calamitates affligitur & visitatur, præcipuè verò in ipso mortis articulo & periculo. Tunc enim conscientia hominis multò magis, quàm toto reliquo vitæ spatio angitur & sollicitatur, partim quia sentit & deprehendit, se iam ad tribunal & iudiciũ Dei citari & euocari, partim etiam propter hostiles incursions & impressiones Diaboli, qui tunc omnibus viribus & copijs hominẽ adoritur, vt miser à languentemq; territamq; & turbatam animam prorsus opprimere & obruere inq; profundissimam & tristissimam desperationis abyssum præcipitare, & perdere possit.

Quare, cum ecclesiæ ministri sint ministri Dei, & verò Dens inter cetera suæ maiestatis elogia, hunc præcipuè titulum & nomen usurpet, quòd sit præsidium & perfugium miserorum, seruator eorum, qui attrito, territo & consternato sunt corde: debèt etiam ministri ecclesiæ serio affici egrotantium & miserorum calamitatis sensu, seduloq; & fideliter & diligèter mæstos & perturbatos ipsorum animos consolari, & per annunciationem sacrosancti Euangelij ad filium Dei deductos recreare & reficere, vt qui ipsis certũ & indubitatu

auxilium spondeat & promittat, cùm inquit  
*Venite ad me omnes, qui fatigati estis & onerati,  
 & ego faciam vt requiescatis.*

Et si autem non eadem est omnium affli-  
 ctorum & egrotantium ratio, alijq; alijs ten-  
 tantur & turbantur doloribus, & animi ægri-  
 tudine, ideòque nulla talis excogitari &  
 conscribi consolationis forma potest, quæ  
 ad cuiusque ægritudinem & tentationes,  
 aliàsque circumstantias sit accommodata &  
 directâ: tamen sequentia hæc doctrinæ capi-  
 ta plerunque & vt plurimùm omnibus egro-  
 tantibus proponi, repetique & inculcari de-  
 bent.

Primùm, omnes morbos nõ temerè & ca-  
 su, sed ex manu Dei, & paterna ipsius provi-  
 dentia nobis immitti, vt peccata nostra, tan-  
 quam fontem & causam omnis nostræ mise-  
 riæ agnoscamus, nõsq; corâ Deo humiliemus.

Hanc morbi causam minister ecclesiæ illis  
 ægrotis, qui peccata sua nondum satis intelli-  
 gunt, nec agnoscunt, diligèter acuet & exag-  
 gerabit, atque ante oculos proponet: contrâ  
 verò, si videbit egrotũ cum doloribus & ter-  
 roribus conscientiæ grauiter conflictari, sau-  
 ciam iam antè territãq; conscientiã, durius  
 non affliget, sed multò potiùs salutarem Dei  
 gratiam ipsi cum cura inculcabit, sæpiùsq; re-  
 petitam in animum ipsius quasi imprimet. In  
 hunc vsu adhibere poterit ecclesiæ minister  
 pri-

primam Catechismi questionem, eamque ægrotato allegatis illic sacræ scripturæ testimonijs diligenter in animum infigere, nimirum, miserum & languidum corpus, lecto iam affictum & affixum, vnà cum anima proprium esse Iesu Christi, & sanguine eiusdem ab omnibus peccatis liberatum & redemptum esse &c. Atque hoc ipsum ad maiorem ægroti consolationem, minister explicabit & declarabit per omnes fidei Christianæ articulos, ipsique demonstrabit, quam ex singulis articulis ipse pro se singulatim consolationem in hoc suo morbo percipere debeat, quod quidem non difficulter, ex catechismo, & in eo allegatis scripturæ locis præstari potest.

Interdum etiam, præcipue cum minister ægrotum prima vice inuisit, poterit sequens hæc admonitio his aut similibus verbis ægrotato recitari & proponi:

Carissime amice, cum Dominus Deus te hac corporis tui imbecillitate & morbo visitauerit, quo hoc ipsum totum benignæ voluntati Dei committas, scito,

I. has corporis nostri infirmitates & morbos nobis à Deo omnipotente propter peccata nostra immitti, & originale peccatum, quod ab Adamo in nos, quasi hereditario iure propagatum est, mortem, & quidquid ad mortis regnum pertinet, vt sunt omnis generis defectus, morbi, ærumnæ, miseræ &c.

secum trahere. Si enim peccato vacaremus, tum neq; mors, neque vlla infirmitas quidquam in nos haberent iuris & potestatis. Secundò, ne in peccatis nostris, morbis & omnibus generis tentationibus & calamitatibus, atq; adeò etiam in ipso mortis horrore, angustijs, & discrimine desperaremus & periremus: monet nos docetq; sanctum Euangeliũ, Christum Dei filium velle nos ab omnibus peccatis nostris liberare, & beatos facere, si modò nos promissioni ipsius credamus. Id verò duobus fit modis, primùm, quòd corda & consciẽtias nostras in his terris per Euangeliũ & sacrosancta sua sacramenta purgat & mundat, Act. 15. fide purificauit ipsorũ corda: deinde, postquam iã consciẽtiã nostrã hoc modo à peccatis mundatã, & cum Deo Patre per fidem reconciliatã sunt: necessariũ quorũ est, vt peccatum ex natura nostra & substantia expurgatum aboleatur, nõsq; tandem ab omnibus peccatis nostris emundemur, inq; vera iustitia & puritate, quam à nobis Deus postulat, perfecti reddamur, vt cum Deo in æternum viuere possimus.

Tertiò, vt ergò hæc in nobis ita peragantur & perficiantur, immittit nobis clementissimus Dominus & Deus noster morbos, immò etiam mortem insuper ipsam, non idcirco, quòd nobis iratus perdere nos cogitet, sed ex summo amore & beneuolentia, vt nos in



in hac vita ad veram pœnitentiam & fidẽ deducat, tandẽmq; à peccatis, in quibus adhuc hæremus immerſi, & ab omnibus tam ſpiritualibus, quàm corporalibus ærumnis & miſerijs prorsùs liberet, quemadmodũ hæc in ſcripturis ſacris paſſim copioſè docentur & repetuntur. Ita enim inquit S. Paulus prioris ad Corinthios epiſtolę capite 11: *cũ punimur, à Domino erudimur, ne cum hoc mundo condemnemur.* Ad Romanos itẽ cap. 8: *Iis, qui diligunt Deum, omnia ſimul conferunt ad bonũ, neq; eos à caritate Dei in Ieſu Chriſto quidquã ſeparare poteſt, neq; ignis, neq; gladius, neque fames, neq; mors, neq; vita, &c.*

Quartò, hæc ergo cùm ita habeant, tũq; ex ſacroſancto Euãgelio, per os filij Dei, Dñi noſtri Ieſu Chriſti annũtiato, & morte & reſurrectione ipſius cõfirmato certus omninò ſis factus & ſecurus, quòd omnia tua peccata à te in Chriſtum deriuata, immò etiam nunc à Chriſto prorsùs ablata & in æternũ abolita ſint, atq; ita prorsùs coràm Dei cõſpectu nulla iræ & condemnationis contra credentes cauſa ſit reliqua, ſed contrà, mera gratia, cõſolatio, vita & ſalus (Dominus enim noſter & Deus noſter elementiffimus te nunc aſpicit & intuetur non vt ex Adamo procreatum, prauum perditũque peccatorem, ſed vt per omnia iuſtum, ſanctum & dilectum filium in C H R I S T O, in cuius iuſtitia

&amp;

& vitatu quoque tam certò viues & in æternum eris beatus, modò hæc vera fide amplectaris, quàm certò & verè Christus non in proprijs suis, sed in tuis peccatis iram Dei pertulit, & mortuus est) Hæc, inquã, cum ira sint, vide, vt hac Dei gratia & beneuolètia te consolèris & sustentes, & certò scito, quòd peccatum, iudicium Dei, mors & infernus prorsùs nihil ampliùs iuris & potestatis in te habeant, sed quòd Christus, vnicus ille Dei agnus, ea portet, Iohan. 1: qui ea in se recepit, nec recepit tantùm, verùm etiam sua ipsius potentia deuicit & superauit, & in æternum extinxit & aboleuit. Quamobrem tu in & propter eundem Dominum tuũ Iesum Christum à Deo Patre certa fiduciam omnem gratiam, consolationem, salutem & felicitatem sperabis & expectabis, inq; hac consolationis plena spe & fiduciam totum te paternæ & beneuolæ ipsius voluntati tradens & committens dices, *Iehoua lux mea & salus mea, à quo timebo? Iehoua fortitudo vitæ meæ, à quo pauebo? Mi pater in cœlis, fiat voluntas tua; In manus tuas commendo Spiritum meum. Amen.*

Cùmq; Ecclesiæ minister ægrotos non semel tantùm, verùm etiam iterùm & sæpius, etiam inuocatus, inuisere debeat: ne hæc uisitatio absque fructu abeat, recitabit & præleget ægrotanti, modò

hoc per summam corporis imbecillitatem & prostratas vires ipsi audire non fit molestum, caput aliquod sacræ scripturæ, quod ad ægrotantis consolationem maximè sit accommodatum & fructuosum, cuiusmodi sunt 14. 15. 16. & 17. capita Iohannis, & 15. Lucæ 5. & 8. ad Romanos. 15. prioris ad Corinthios. 4. & 5. posterioris ad Corint. 53. Esaïæ, Item 25. 51. 103. Psalmus, & quidquid tale prudens & peritus pastor ecclesiæque minister, ægrotanti vtile fore deprehendet.

Ad hæc debet quoque Ecclesiæ minister, quotiescunq; id rectè & commodè fieri poterit, vnà cum reliquis præsentibus apud ægrotum, piam recitare precatorem, idque hoc, vel simili aliquo modo.

PRECATIO RECITANDA apud ægrotantes.

Aeternæ, misericors Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui vitam & mortem in tua solius tenes manu ac potestate, qui que assiduam & continuam nostrî geris curam, adeò, vt neque prospera, neque aduersa valetudo, neque quidquam omninò vel boni, vel mali nobis eueniat, immò etiam ne pilus quidem vllus de capite nostro citra paternam

nam tuam voluntatem decidere possit, qui item, quidquid in hac vita accidere nobis potest, in nostrum commodum & salutem conuertis & dirigis, qui dixisti: *Inuoca me in die angustie; eruam te, & honorificabis me. Quoniam me valde amat, propterea eruam eum, quoniam agnoscit nomen meum. Inuocabit me, & exaudiam eum, cum ipso ero in angustia; eruam eum, & glorificabo eum. Longitudine dierum saturabo eum, & videre faciam eum salutem meam: oramuste, cum tibi visum sit corporis nostri, infirmitate, alij sue miserijs nos affligere & visitare, vt digneris etiam tui nobis Spiritus largiri gratiam, vt primùm quidem ex paterna hac tua castigatione verè & ex animo agnoscamus, nos varijs & multiplicibus nostris peccatis multò grauiores & acerbiores pœnas promeritos esse: deinde verò viuificam hanc solidamque consolationem firmiter & immotè in cordibus nostris retineamus, paternam hanc tuam clementemque nostrî visitationem nequaquam indicium esse & argumentum tuæ in nos iræ, sed paternæ tuæ erga nos beneuolentiæ & amoris, quandoquidem ideò nos castigas, ne cum hoc mundo condemnemur, sed per exercitium & augmentum fidei nostræ, veræ sericiæ, pœnitentiæ, filialis obedientiæ, & gratiæ tuæ implorationem quotidie magis magisque ad te allesti adducamur, dilectoque tuo filio Iesu  
Chri-*



Christo, ut membra capiti, tam in passione & miserijs, quam in gloria & felicitate conformes reddamur. Largire itaque nobis patientiam & in vera misericordiae tuae fiducia constantiam, & fac, ut ea ipsa nobis elucescat per clementem crucis huius & calamitatis mitigationem, quam crucem paterna tua manus & consilium nobis imposuit, & conuerte ac dirige eam ipsam pro clementi tuae voluntatis beneplacito ad sancti tui nominis gloriam & honorem, nostrarumque animarum perpetuam salutem & felicitatem, per dilectissimum tuum filium Dominum nostrum Iesum Christum, qui hanc nobis edidit promissionem: Dico vobis, si duo ex vobis consenserint in terra, quodcumque petierint, fiet eis a patre meo, qui in caelis est. Vbi enim sunt duo, vel tres coacti in nomine meo, illic sum in medio eorum; & nos fretos hac promissione ita precari iussit.

*Pater noster, &c.*

Largire quoque nobis constantiam & quotidianum profectum in verae & antiquae & indubitatae fidei Christianae professione:

*Credo in Deum Patrem, &c.*

Pre-

# PRECATIO RECITANDA

*apud agentes animam, & mortem  
iam proximos.*

Omnipotens, misericors Deus & Pater,  
qui vitam & mortem in tua tenes manu, no-  
strisq; vt priorum tuorum filiorum & in  
vita & in morte diligentē geris curam, cum  
vnicentum tuum filium pro nobis in mor-  
tem tradideris, vt nos per eum in perpetuū  
vivamus, perq; eum nobis promiseris futu-  
rum, vt quisquis in eum credit, habeat vitam  
æternam, & in iudicium non veniat, sed à  
morte in vitam transeat, & nemo suas oves  
ex tua & sua manu rapere possit: oramus te,  
vt secundum tuam promissionē nunquam  
permittere velis, vt supra vires nostras ten-  
temur & affligamur, sed efficias, vt, tentatio-  
nes eum consequantur exitum, vt perferre  
eas & tolerare nos possimus, in primis autem  
vt eo tempore, cum paternæ tuæ voluntati  
placet, nos ex hoc miseriarum atque incom-  
modorum plenissimo ergastulo euocatos &  
ereptos ad te in tuum æternum regnum re-  
cipere, digneris nobis cruciatus & terrores  
corporalis mortis clementer mitigare atque  
etiam tollere, nosq; contra omnis generis té-  
tationes seruare & tueri, carnisq; nostræ im-  
becillitatem & fragilitatem virtute & robore  
sancti tui spiritus erigere & conformare, atq;  
in

PREC. APVD AGENTES ANIMAM. 319

in vera constantiq; tuæ misericordiæ in Christo Iesu nobis exhibitæ & declaratæ fiducia, inque vera nominis tui inuocatione, cordisq; nostri pace & tranquillitate, Spiritum nostrum in manus tuas suscipere, vt te in vitam æterna; vnà cum omnibus tuis angelis & electis, laudemus & celebremus, per Dominum nostrum Iesum Christum; qui nos ita precari docuit:

*Pater noster, &c.*

Largire quoque nobis constantiam & quotidianum profectum in veræ & antiquæ & indubitatæ fidei Christianæ professione.

*Credo in Deum Patrem, &c.*

PRECATIO MATVTINA, antequàm ad opus accedatur.

Carissimi in Domino Iesu Christo, agite, coràm facie Dei in genua procumbentes, sic ipsum ex intimo cordis nostri affectu inuocemus:

Omnipotens, misericors, æterne Deus, & pater, agimus tibi gratias, quòd nos hanc noctem adeò clemèter custodièris, & in hunc diem nobis vitam produxeris. Rogamus te, vt nos hoc etiam die, protegas, & nobis gratiam largiaris, quòd etiam totum in tuo seruitio & cultu tranfigamus, adeò vt nihil cogitemus, lo-

quamur, vel agamus, nisi id solum, quo pater-  
 ternæ tuæ voluntati obedientes tibi placere  
 possimus, ut omnes nostræ actiones cedant  
 ad sancti tui nominis gloriam, & proximi  
 nostri commodum & ædificationem: Ac ut  
 iam solis tui radijs, mirabiliter vniuersum  
 orbem terrarum & corpora nostra, illustras-  
 fic etiam Spiritus tui splendore obscura mē-  
 tis nostræ illumines, quod in veram tuæ iusti-  
 tiæ viam deducamur, ita ut in omnibus, quæ  
 aggrediemur, præcipuum hunc & summum  
 nobis præfixum habeamus scopum, ut in tui  
 timore viuentes, tibi seruiamus, te colamus,  
 omniâq; bona nostra & felicem rerum suc-  
 cessum à tua soli<sup>9</sup> diuina munificentia & be-  
 nedictione expectemus, ne quidquam ag-  
 grediamur & agamus, quod tibi displiceat:  
 Effice præterea, ut ita in parandis corpori &  
 huic vitæ necessarijs laboremur & occupa-  
 mur, ut tamen interim semper primùm que-  
 ramus tuum regnum & iustitiam eius, nihil  
 dubitantes, quin sic agentibus, cetera omnia  
 sis adiecturus: Tuere etiam ac defende hoc  
 fragile corpus & animam nostram: Instrue  
 nos consilijs & robore Spiritus tui, aduersus  
 tot ac tam varios insultus Satanae: Libera  
 nos omni metu & periculis, quibus in hoc  
 mundo, omnibus momētis expositi sumus.  
 Quoniam verò nihil est, rectè incepisse, nisi  
 etiam gnauiter perficiamus: oramus te, ut ne  
 hoc



hoc tantum die nos in tuam tutelam suscipias, sed ut porro etiam per omnem vitam nostram dux noster & defensor esse velis, tuamque gratiam quotidie in nobis magis ac magis confirmes & adaugeas, quoad plenè tandem ac perfectè nos capiti nostro Christo adunias, qui est vnicus ille & verus animarum nostrarum sol lucens noctes dièsque & in omnem æternitatem: Benedic quoque ministerio & prædicationi sancti tui Euangelij, destrue omnia diaboli opera, confirma corrobora, & defende, omnes Ecclesiæ ministros & populi tui magistratum, consolare, quotquot sunt animo & corpore afflicti. Ut autem hæc tanta bona à te petere & expectare audeamus, condona nobis omnia nostra peccata propter filium tuum carissimum Iesum Christum, qui nobis promisit, quidquid à te fiducia petiuerimus, te id nobis certissimè daturum esse, Ideòque sic nos precari iussit.

*Pater noster, &c.*

Largire quoque tuam nobis gratiam, ut secundum tuam viuamus voluntatem, quã nobis in lege tua patefactam, decem his præceptis comprehendisti:

*Primum.*

Ego sum Dominus Deus tuus, &c.

PRECATIO VESPERTINA  
*antequàm cubitum di-  
 scedatur.*

Carissimi in Domino Iesu Christo, agite cor-  
 ràràm facie Dei in genua procumbentes, sic  
 ipsum ex intimo cordis nostri affectu inuo-  
 cemus:

Domine Deus cœlestis Pater, agimus tibi  
 gratias, quòd nos hodierno die, & toto vitæ  
 nostræ tempore semper in hanc vsq; horam  
 ad eò clementer custodiueris, totque & tan-  
 ta in nos beneficia contuleris: cùmque pro  
 tua multiplici sapientia diem labori, noctem  
 quieti destinaueris, largire tuam nobis gra-  
 tiam, vt ita requiescamus corpore, vt tamen  
 corda nostra interea in tua caritate nequa-  
 quam dormitent, vtque omnes huius vitæ  
 curas deponentes, ita nos, quantum naturæ  
 nostræ imbecillitas postulat, somno reficia-  
 mus, ne vnquam tuì obliuiscamur, sed vt  
 tuorum erga nos beneficiorum & bonita-  
 tis considerationem assidua & recenti me-  
 moria repetamus & conseruemus, vt etiam  
 conscientia nostræ per hæc media, interna  
 sua & spiritali fruantur & recreentur quie-  
 te, quemadmodum corpus externam suam  
 percipit sentitq; quietem: adhæc vt somnus  
 noster nò sit immoderatus, nec carnis nostræ  
 ignauiam & torporem alat & augeat, sed na-  
 turæ

PRECATIO VESPERTINA. 323

turæ nostræ imbecillitatem recreët & sustentet, vt post somnum alacriores & magis idonei ad tibi seruiendum redeamus.

Interea autem, dum somnum capimus, conserua nos etiam, animo & corpore impollutos, & tuere ab omni periculo, vt etiam somnus noster, cedat ad tui nominis gloriam.

Porro, cum hic dies nobis non sine multiplici lapsu abiërit (quoniam miseri assidue peccatum circumferimus) rogamus te, vt, quemadmodum nunc omnia nox tenebris, quas tu in terram adducis, inuoluit, sic pro tua immensa misericordia, omnia nostra peccata sepelias, ne propter illa à conspectu tuo repellamur. Largire etiam quietem & consolationem omnibus, qui cum morbis aut alijs calamitatibus, animiue doloribus & ægritudine consistantur, propter Iesum Christum filium tuum, Dominum nostrum, qui nos ita docuit precari.

*Pater noster, &c.*

*Credo in Deum, Patrem, &c.*

PRECATIO, ANTEQVAM  
capiatur cibus.

*Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das escam illis in tempore opportuno, aperis tu manum tuam, & implet omne animal benedictione.*

Omnipotens, clementissime Deus, qui immensa bonitate omnia ex nihilo condidisti, qui que eadem perpetuè diuina tua potentia sustines ac gubernas, qui duxisti Israelitas per desertum, pascens eos manna annos quadraginta: benedic nobis miseris seruis tuis, atque hæc tua dona sanctifica, vt ijs sobriè sanctèq; fruamur, atque ex ijs agnoscamus, te verè nobis patrem esse, & fontem omnium bonorum. Da prætereà, vt his corporalibus bonis vtentes, ita semper affectu sumus, vt præcipuè quæramus spiritualem illum cibum verbi tui, quo animæ nostræ ad vitam æternam nutriantur, quam nobis Christus pretioso suo sanguine parauit.

*Pater noster, &c.*

*Sic præcipit Christus, Luca 21.*

Cauete vobis, ne quando grauentur corda vestra crapula & ebrietate, & curis huius vitæ, & repentiè vos opprimat dies ille, tanquam laqueus.

## GRATIARVM ACTIO

*post sumtum cibum.*

*Sic præcipit Dominus Deut. 8.*

Cùm comederis & satiatus fueris, gratias agas Domino Deo tuo, nec vnquam committas, vt obliuiscaris Domini Dei tui, & præcepta eius negligas.

*Domini.*



Domine Deus Pater cœlestis, agimus tibi gratias pro summis tuis & infinitis beneficiis, quæ immensa misericordia singulis momentis in nos miseros peccatores confers: quòd nos sustentas in hac mortali vita, omnia suppeditans, quæ sunt necessaria, in primis verò, quòd nos dignaris per sanctâ Evangelij tui doctrinam in spem melioris vitæ regenerare. Rogamus te, misericors Deus & Pater, ne patiaris, vt animi nostri in his terrenis & caducis rebus defixi hæreant, sed quæ in cœlis sunt, suspiciant & querant, expectantes illinc seruatorem nostrum Iesum Christum, dum ad nos liberandos in nubibus appareat: Pater noster, &c.

QVAESTIONES, QVAE

*iuuentuti proponuntur, cum ea primum ad mensam Domini accedere cogitat.*

*1<sup>ma</sup> cath.  
2<sup>da</sup> 1<sup>ma</sup>*

Quæstio 69. pag. 104.

Quomodo iustus es coram Deo?

*Sola fide in Iesum Christum, adeò vt licet mea conscientia accuset, quod aduersus omnia mandata DEI grauitèr peccauerim, nec vllum eorum seruauerim, adhuc etiamnum ad omne malum propensus sim, nihilominus tamen (modò hæc beneficia vera animi fiducia amplectar)*

sine vlllo meo merito, ex mera Dei misericordia, mihi perfecta Dei satisfactio, iustitia & sanctitas CHRISTI, imputetur ac donetur, perinde ac si nec vllum ipse peccatum admissem, nec vlla mihi labes inhaereret: imò verò quasi eam obedientiam, quam pro me Christus praestitit, ipse perfectè praestissem.

Quaestio 21. pag. 36.

Quid est fides?

Est non tantùm certa fiducia, qua firmiter assentior omnibus, quæ Deus nobis in suo verbo patefecit, sed etiam certa fiducia, à spiritu sancto, per Euangelium, in corde meo accensa, qua in Deo acquiesco, certò statuens, non solum alijs, sed mihi quoque remissionem peccatorum, æternam iustitiam & vitam donatam esse, idque gratis ex Dei misericordia, propter vnus Christi meritum.

Quaestio 65. pag. III.

Quoniam igitur sola fides nos Christi atque omnium eius beneficiorum participes facit: vnde hæc fides proficitur?

A Spiritu sancto, qui eam per prædicationem Euangelij in cordibus nostris accendit, & per vsum sacramentorum confirmat.

Quæ-

Quæstio 66. pag. 112.

Quid sunt sacramenta?

Sunt sacra & in oculos incurrentia signa, ac sigilla, ob eam causam à Deo instituta, vt per ea nobis promissionem Euangelij magis declarat & obstringet: quòd scilicet non vniuersis tantùm, verum etiam singulis credentibus, propter vnicum illud Christi sacrificium in cruce peractum, gratis donet remissionem peccatorum, & vitam eternam.

Quæstio 67. pag. 115.

Nam vtracq; igitur, & verbum & Sacramenta eò spectant, vt fidem nostrã ad sacrificium Christi in cruce peractum, tanquam ad vnicum nostræ salutis fundamentum deducant?

Ita est. Nam Spiritus sanctus docet Euangelio, & confirmat sacramentis, omnem nostram salutem positam esse in vnico sacrificio Christi, pro nobis in cruce oblatis.

Quæstio 68. pag. 115.

Quot Sacramenta instituit Christus?

Duo, Baptismum, & sacram Cœnam.

Quæstio 69. pag. 116.

Qua ratione in Baptismo admoneris & confirmaris, te vnici illius sacrificij Christi participem esse?

*Quòd Christus externum aqua lauacrum mandauit, addita hac promissione, me non minus certò ipsius sanguine & spiritu à sordibus anima, hoc est, ab omnibus meis peccatis lauari: quàm aqua extrinsecus ablutus sim, qua sordes corporis expurgari solent.*

*Quaestio 71, pag. 120.*

*Vbi promisit Christus, se nos tam certò sanguine & Spiritu suo abluturum, quàm aqua Baptismi abluti sumus?*

*In institutione Baptismi, cuius haec sunt verba: Ite & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti: Qui crediderit & baptizatus fuerit, seruabitur: qui non crediderit, condemnabitur. Haec promissio repetitur, cum scriptura Baptisnum nominat lauacrum regenerationis, & ablationem peccatorum.*

*Quaestio 75, pag. 126.*

*Qua ratione in Cœna Domini admoneris & confirmaris, te vnici illius sacrificij Christi in cruce oblatis, atque omnium eius beneficiorum participem esse?*

*Quòd Christus me atque omnes fideles de hoc fragmento pane edere, & de poculo distributo bibere iussit, in sui memoriam, addita hac promissione. Primum, corpus suum non minus certò pro me in cruce oblatum*



tum ac fractum, & sanguinem suum pro me fufum esse: quàm oculis cerno, panem Domini mihi frangi, & poculum mihi communicari. Deinde animam meam non minus certò ipsius corpore, quod pro nobis crucifixum, & sanguine qui pro nobis fufus est, ad vitam eternam ab ipso pasci: quàm panem & vinum, Symbola corporis & sanguinis Domini, e manu ministri accepta, ore corporis percipio.

Quæstio 76, pag. 129.

Quid est crucifixum corpus Christi edere, & fufum eius sanguinem bibere?

Est non tantum totam passionem & mortem Christi certa animi fiducia amplecti, ac per id remissionem peccatorum & vitam eternam adipisci: sed etiam per Spiritum sanctum, qui simul in Christo & in nobis habitat, ita sacrosancto eius corpori magis ac magis vniri, vt quamuis ipse in cælo, nos verò in terra simus, nihilominus tamen caro simus de carne eius & os de osibus eius: vt que omnia corporis membra ab vna anima, sic nos vno eodemq; Spiritu viuificemur & gubernemur.

Quæstio 77, pag. 133.

Quo loco promisit Christus, se credentibus tam certò corpus & sanguinem suum sic edendum & bibendum daturum, quàm fractum hunc panem edunt & poculum hoc bibunt?

*In institutione Cœnæ, cuius hæc sunt verba:*  
 Dominus noster Iesus Christus, ea nocte qua  
 proditus est, accepit panem: & gratias actis,  
 fregit ac dixit: accipite, comedite, hoc est  
 corpus meum, quod pro vobis frangitur:  
 hoc facite in mei recordationem. Itidem &  
 poculum, postquam cœnassent, dicens: hoc  
 poculum est nouum fœdus per meum san-  
 guinem: Hoc facite, quotiescunque biberi-  
 tis in mei recordationem. Quotiescunque  
 enim ederitis panem hunc, & poculum hoc  
 biberitis, mortem Domini annunciate, do-  
 nec venerit. *Hæc promissio à Paulo repetitur, cum  
 inquit: Poculum gratiarum actionis, quo  
 gratias agimus, nonne communio est san-  
 guinis Christi: Panis, quem frangimus, non  
 ne communio est corporis Christi? quoti-  
 am vnus panis, vnum corpus multi sumus:  
 Nam omnes vnus panis participes sumus.*

Quæstio 78, pag. 136.

Num ergo panis & vinum fiunt ipsum  
 corpus & sanguis Christi?

*Nequaquam: Verum, vt aqua Baptismi in san-  
 guinem Christi non conuertitur, nec est ipsa pecca-  
 torum ablutio, sed Symbolum tantum & pignus ea-  
 rum rerum, quæ nobis in Baptismo obsignantur: ita  
 nec panis Cœnæ Dominicæ, est ipsum corpus Christi:  
 Quamquam pro ratione Sacramentorum, & vsitata  
 Spiritus*

*Spiritui sancto de his loquendi forma, panis, Christi corpus appellatur.*

*Quæstio 79, pag. 140.*

Cur ergo Christus panem appellat suum corpus, calicem verò suum sanguinem, seu novum fœdus per suum sanguinem: Paulus item panem & vinum, communionem corporis & sanguinis Christi?

*Christus non sine graui causa sic loquitur: videlicet, non solum vt nos doceat, quemadmodum panis & vinum corporis vitam sustentant: sic etiam crucifixum suum corpus & effusum suum sanguinẽ, verè esse animæ nostræ cibum ac potum, quo ad vitã æternam nutriatur: Verùm multò magis, vt hoc visibili signo ac pignore nobis certum faciat, nos non minùs verè, corporis & sanguinis sui, per operationem Spiritus sancti, participes esse, quàm sacra ista Symbola, in eius memoriam, ore corporis percipimus: Tum etiam, quod eius passio & obedientia, tam certò nostra sit, quàm si ipsimet pro nostris peccatis penas dedissemus, & Deo satisfacissemus.*

*Quæstio 81, pag. 147.*

Quibus accedendum est ad mensam Domini?

*Tantum ijs, qui verè dolent, se suis peccatis Deum offendisse: confidunt autem sibi ea propter Christum remis-*

remissa esse: & quas reliquas habent infirmitatibus  
 eas passione & morte illius obiectas esse, quiq; deside-  
 rant magis ac magis in fide & integritate vite  
 proficere. Hypocrite autem, & qui non verè resipi-  
 scunt, damnationem sibi edunt & bibunt.

Quæstio 82, pag. 148.

Sunt ne etiam illi ad hanc Cœnam admitten-  
 di, qui confessione & vita, se infideles,  
 & impios esse daclarant?

Nequaquam: Nam eo pacto fœdus Dei profana-  
 tur, & ira Dei in vniuersum cœtum concitatur.  
 Quocirca Ecclesia, ex præscripto Christi & Aposto-  
 lorum, hos, clauibus regni cœlorum vtens, a

Cœna arcere debet, quoad resipue-  
 rint & mores muta-  
 uerint?





D. Zachariæ Vrsini  
VRATISLA-  
VIENSIS, AD THE-  
OLOGORVM QVORVN-  
*dam de Sacra Scriptura testimonijs,*  
*in margine Heidelbergensis*  
*Catechismi allegatis,*  
*Censuram*

RESPONSIO



Scripta mense Aprili  
anni 1564.

## R E S P O N S I O A D

Censuram primam,

*Cur credentes appellantur  
Christiani?*

quæstione 32. pagina. 59.

**C**ontendit Censura, in quæstione, *CUR  
VERO TV CHRISTIANVS AP-  
PELLARIS?* testimonia Act. 11. 1. Iohan. 2.  
Act. 2. Ioël. 2. Marc. 8. nequaquam idonea &  
sufficientia esse ad propolitæ quæstionis ex-  
plicationem: itémque testimonia Rom. 6. &  
12. Apocal. 1. & 5. nihil ad rem facere, huncq;  
Catechismi errorem Censura hæc ita corri-  
git, vt dicat, *responsionem debuisse esse hanc:*  
*Eò, quòd credo in Iesum Christum, & in nomen illi-  
us sum baptizatus; & alia scripturæ testimonia*  
*allegari debuisse, videlicet Act. 2. & 16. Vbi*  
*credentibus mandatur, vt Baptizentur, item,*  
*Rom. 6. Gala. 3. qui baptizati sunt, in mortem*  
*Christi baptizatos esse, & Christum induisse.*  
*Ratio adfertur hæc, quia non tantùm fides,*  
*verùm etiam baptismus faciat Christianos;*  
*iisque nomen hoc imponat. Hoc vt probe-*  
*tur, adducitur Tertulliani hoc dictum, *Fiunt;**  
**Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritui;**  
*hæc, Baptismum appellari lauacrum regene-*  
*rationis. Allegatur quoque recepta vulgò &*  
*vñtata inuitandi compadres consuetudinis*  
*hæc*

hæc formula: *Quæso, me iuues facere Christianū.*  
 Additur etiam iam dictis, hanc baptismi mē-  
 tionis omissionem eò videri spectare, quasi  
 baptismus ad faciendos Christianos iudice-  
 tur non esse necessarius.

*Responsio.*

In Catechismo non quæritur, vt ait Censu-  
 ra, **CVR TV ES CHRISTIANVS?** sed  
 propositæ illiæ quæstionis hæc sunt verba,  
**CVR VERO TV CHRISTIANVS AP- Quid nos**  
**PELLARIS?** Cùm quæritur, *Cur tu es Chri- faciat*  
*stianus?* tùm hoc interrogatur, *cur quis ad cœtū Christiano-*  
*eorum, qui appellantur Christiani pertineat & ac- nos.*  
*enseatur?* Ad hanc quæstionem rectè respon-  
 deretur: *quia credat in Christum, & in nomen illi-  
 us sit Baptizatus.* Hoc enim requiritur ad id, vt  
 Christianū se esse, verè gloriari possit. Cate-  
 chismus autem iam antè explicauit: *Quare fi-  
 lius Dei appelletur Christus, hoc est, vnctus,*  
*vt videlicet pueri & rudiores discant, quàm-  
 nam doctrinā & consolationem ipsis hæc ap-  
 pellatio apportet, & quid sit in Christum cre-  
 dere, Quia verò nos quoq; appellamur Chri- Cur nos*  
*stiani, hoc est, vncti, quæritur porrò propter appelle-*  
*faciliorem præcedentis doctrine intelligenti- mur Chri-*  
*am, non, cur nos in ecclesia & membris Chri- stiani,*  
*sti censeamur, sed, cur nos, qui in Christū cre-  
 dimus & baptizati sumus, hoc nomen geste-  
 mus, vt Christiani siue vncti appellemur. Ad  
 hanc certè quæstionem nulla alia congruit re-*

sponsio quàm hæc, credentes fieri per fidem  
 membra huius vncti, à quo, tanquam capite  
 suo, vnctio, hoc est, Spiritus sancti gratia in  
 ipsos defluit, ita vt per Propheticum ipsius of-  
 ficiū, sacerdotium item, & regnum doce-  
 antur, liberentur, regantur & defendantur,  
 atque etiam ipsi Prophetæ, reges & sacerdo-  
 tes fiant, qui nomen huius Christi agnoscant  
 & celebrent, scēq; ipsi victimam gratitudinis,  
 toto vitæ suæ tempore exhibeant & sistant, &  
 virtute ipsius instructi & armati, contra pec-  
 catum & diabolū in hac vita depugnent &  
 victoriam obtineant, tandemq; in omni æ-  
 ternitate dominiū & imperiū in omnes crea-  
 turas habeant. Cū ergo hanc Christiano-  
 rum appellationem geramus, propter hæc ca-  
 put nostrum, & hanc vnctionem: certè sine  
 omni contouersia rectè huc quadrant & al-  
 legantur, & ad probandum idonea sunt &  
 sufficientia testimonia illa, in quibus origo  
 nominis Christiani, vt Act. 11. & huiusmodi  
 in vnctum Dei, incorporatio, fructusq; & ef-  
 ficacia vnctionis ipsius in nobis docentur, vt  
 1. Cor. 6. *Corpora vestra sunt membra Christi.*  
 1. Ioh. 2. *Vos vnctionem habetis à sancto illo pro-*  
*fectam, & nostis omnia.* &c. Item Esaiæ 59: *Spi-*  
*ritus meus, qui est super te, & verba mea, quæ posui*  
*in ore tuo, non recedent de ore tuo, ex hoc tempore,*  
*& vsque in seculum.* Ioel 2. & Act. 2. *Effundam*  
*ex Spiritu meo in quamuis carnem: & prophetabunt*



bant filij vestri & filia vestra, &c. Marc. 8. Qui erubuerit me & sermones meos in generatione hac adultera & peccatrice, hunc erubescet etiam filius hominis, &c. Rom. 12. Sistite corpora vestra hostiam viuam, sanctam, acceptam Deo. Apocal. 5. Martus es, & redemisti nos Deo per sanguinem tuum, ex omni tribu, & lingua, & populo & natione. 1. Pet. 2. Vos estis regale sacerdotium, &c. Rom. 6. Sistite membra vestra, arma iustitiae Deo. Apocal. 1. Fecit nos reges & sacerdotes Deo & patri suo. 1. Tim. 1. Milita bonam militiam retinens fidem & bonam conscientiam &c. 2. Tim. 2. Si toleramus, etiam cum eo regnabimus, &c.

Hec & similia testimonia, quibus explicatur & demonstratur, quanam illa sit unctio, propter quam nos Christiani & uncti appellamur, quod item sit discrimen Christi & nostri unctiois. & eum nos nostrum hoc nomen consolari, quibusque de rebus commune facere debeat, profecto proprie pertinet, & sufficient ad responsionem ad hanc de Christianorum appellatione quaestionem. Contra vero prorsus non pertinent huc Responsio & illa de Baptismo testimonia, in quibus non queritur, Cur nos inter membra Christi & ecclesiae ipsius acceseamur, sed, Cur nos aliquid in Christum baptizati appellemur Christiani. Nihil ergo faciunt contra Catechismum probationes illae, quas Censores hi adducunt. Neque enim Catechismus negat, quinimmo potius in qua-

Censurae  
responsio  
& testimo-  
nia sunt in-  
conueni-  
entia.

Baptism<sup>9</sup>  
est sigillū  
adeptæ iā  
gratiæ, i.  
deò hæc  
ad Bapti-  
smum nō  
est alliga-  
ta.

quæstione, Sūntne etiam infantes baptizandi?  
proficetur & docet, Ad incorporationem in eccle-  
siam Christi pertinere etiam Baptismū, ita tamen,  
vt dextrè hoc intelligatur, Baptismi videlicet  
& ceterorum Sacramentorum omniū vsū  
esse necessarium, cū eorum nobis legitimus  
vsus, secundū Dei institutionem concedi-  
tur: id si non fiat, vel solam fidem & efficaciam  
Spiritus sancti in cordibus electorum suffice-  
re ipsis ad salutem. Quare rectius sanè fecis-  
sent Censores hi, si scripturæ testimonijs de  
vsu & utilitate Baptismi fuissent contenti, nec  
vulgatam illam inuitandi compadres con-  
suetudinis formulam, *Quæso, me inues facere  
Christianum*, allegassent. Extra omnem enim  
controversiam indubitatè hoc verum certū-  
que est, Deum illis solū sua instituisse Sacra-  
menta & fœderis signa, quos iam antè fœde-  
ris consortes & participes Ecclesia agnoscere  
& habere debet, nec velle Deum, per Sacra-  
menta primū Christianos facere, sed eos,  
qui iam antè sint Christiani, velle quotidie  
magis magisque Christianos facere, & incho-  
atum in ipsis opus perficere & confirmare, id  
quod patet ex Abrahamo & Circumcisione,  
Rom. 4. item Actor. 8. *Si credis ex toto corde,  
nihil prohibet te baptizari*, ex Cornelio quoque  
& Paulo, aliisque locis in Censura allegatis.  
Quapropter si quis Christianorum liberos  
pro Ethnicis & non Christianis reputat & a-  
stima

stimat, omnesque illos infantulos, qui Baptismum consequi non potuerunt, condemnat, is primum videat, quo iure, & quibus fretus rationibus id faciat, cum Paullus 1. Cor. 7 infantulos & liberos Christianorum vocet sanctos, & Deus ipse omnibus credentibus, in persona Abrahamæ promittat, velle se & ipsorum, & seminis ipsorum esse Deum, & olim quoque infantulos, qui antè moriebantur, quàm Circumcidi possent, Deus ex fœdere suo nequaquam excluderet, immò etiã, quod ampliùs est, Iacobum, antequàm is natus esset, dilexerit: Deinde, qua cõscientia, infantes ad Baptismum admittat, cum si quis Ethnicum & Infidelem, sciens & volens baptizet, notoria sit & manifesta Baptismi peruersio & pollutio, & Anabaptistis, infantium incredulitatem contra eorundem Baptismum allegantibus, hoc ipsum & antè semper responsum sit, & etiamnum respondeatur, Spiritum Sanctum pro modulo & captu ætatis ipsorum, operari & efficere in ipsis regenerationem & inclinationes ad fidem & obedientiam erga Deum, hac tamen adhibita cautione, ne liberrimæ cælestique Dei misericordiæ & Electioni nos certum præscribamus modum, nec in eam curiosius inquiremus.

Quòd verò hinc quidam colligere & efficere conantur, siquidem infantes etiam ante

Infantes etiam ante Baptismū

sunt Sancti, nec tamen carēt Peccato Originali.

Baptismum sint sancti, nō habere ipsos peccatum Originale, & hac ratione Baptismum extenuari: id tām non valet, nec sequitur, de Infantibus, quām de Adultis, exempli gratia, Paullus & Cornelius, veri erant germanique Christiani etiam ante Baptismum, & tamen habebant Peccatum Originale, & hoc ipsum non aliter ipsis remittebatur & condonabatur, quām ex misericordia Dei propter Christum, ad quem fide iam ante Baptismum conuersi erant, nec tamen ideō superuacuis & frustraneus ipsis erat Baptismus, sed certum erat & efficax pignus, sigillum & instrumentum, Spiritus Sancti, quo is de adeptus iam antè Gratia ipsos reddebat certiores, eamque in ipsis adaugebat. Eadem quoque est Infantum ratio.

Multò autem minùs necessaria fuit hæc horum Censuram admonitio & correctio propter hanc ab ipsis allatam rationem, quòd scilicet, vt ipsi aiunt, ex hac Catechismi responsione ad quæstionem, *Cur credentes appellantur Christiani?* sequatur, Baptismum Christianis non esse necessarium. Quis enim sanæ mentis ratiocinetur?

In Christum credentes & baptizati appellantur Christiani, hoc est, vncti, non eam ob causam, quòd credant & baptizati sint. Nam, quantum ad fidem & Baptismum attinet, nihil obstat, quo minùs tām alias, quām hanc  
for-



fortiantur appellationem, vt quod vocari etiam possunt Filij, & Sancti Dei, fratres & membra Christi, & ecclesiæ ipsius &c. sed idè sic appellantur, quòd vnctionis Christi sint participes, vt dictum est:

Ergo non est ipsis Baptismus necessarius. Certè hæc consecutio nihilo est firmior, atq; si quis ita colligat:

Circumcisi appellabantur Iudæi, non quidem à Circumcisione, sed à Patriarcha Iudæ: nomine hoc deducto:

Ergo non erat ipsis Circumcisio necessaria. Alia enim est quæstio, *Cur populus Dei hoc appelletur nomine?* alia verò, *Cur quis ad hunc populum pertineat?* vel, *Quæ sint huius populi nota & indices?* De qua equidem quæstione, in Catechismo, suo loco, de Fide scilicet & Sacramentis, satis copiosè & perspicuè explicatur. Debuissent ergo Censores hi diligentius attendere & considerare, quænam esset hæc Catechismi quæstio, & ad eam subiectæ responsio & Scripturæ testimonia. Quod si fecissent, nullas procul dubio ad hanc quæstionem non idoneas, nec inconuenientes deprehendissent allegationes.

## RESPONSIO AD CENSURAM secundam,

*Cur Christus sub iudice Pilato innocens condemnatus sit?*

Quaestione 38. pagina. 71.

**R**eprehendit Censura, quòd ad quaestionem, *Cur Christus sub iudice Pilato passus sit?* repondeatur, idèd id esse factum, vt innocens coràm iudice politico damnatus, nos à seверо Dei iudicio, quod omnes manebat, eximeret & redimeret. Causa reprehensionis adfertur hæc: quòd hoc modo Pilatus excusaretur, si idèd Christus ei traditus dicatur, vt ipsum innocentem damnaret, idèd q; loca citata ex Luc. 13. & Iohan. 19. nihil facere ad propositum.

*Responsio.*

Cur Christus à iudice Pilato sit damnatus.

1.

Facile profectò & proclive fuisset Censoribus his videre atq; intelligere, si modò voluissent, non quæri hoc loco, neq; doceri, quòdnam Pilati vel Iudæorum, sed quòd Dei fuerit consilium & voluntas, cùm voluit Christum, non nisi condemnatum, ad mortem abripi, nimirum nostræ salutis & consolationis causa, vt iudex Pilatus, qui ipsum condemnauit ipsiusmet innocentia testimonium ipsi perhiberet, eò quòd ad nostram consolationem hoc requirebatur, vt Christus innocens pate-

pateretur. Aliàs enim nequaquam sua passi-  
 one pro nostris peccatis potuisset satisfacere:  
 deinde, vt Christus iniqua hac & iniusta suã  
 ad mortem damnatione, nobis ab eadẽ mor-  
 te absolutionem & liberationem, & morte  
 sua vitam impetraret. Primùm itaque quòd  
 hoc Pilati aduersùs Christum iudicium fa-  
 ciat ad testandam demonstrandamq; Christi  
 innocentiam, euincunt testimonia ex Luca  
 & Iohanne allegata, ideòque non sunt coa-  
 cta & detorta, sed rectè & idoneè citata: dein-  
 de, quòd Christi condemnatio sit meritum  
 absolutionis nostræ, concedunt & fatentur  
 Censores ipsi. Ac profectò, etiamsi quis ne-  
 gare hoc auderet, testatur tamen Scriptura  
 Sacra disertim & plurimis locis, Deũ omnia  
 illa, quæ Christo acciderunt, præcipuè autè,  
 hanc innocentis Christi condemnationem,  
 in suo illo æterno & arcano consilio consti-  
 tuisse & decreuisse, arcanaque sua Providen-  
 tia præter & contra impiorum scitum & vo-  
 luntatem ad propositum sibi præfixumque  
 finem & scopũ direxisse & deduxisse, vt scri-  
 ptum est Actor. 4. quod quidem ipsum testi-  
 monium etiam in recentioribus catechismi  
 editionibus allegatum est & annotatum:  
*Verè coacti sunt aduersùs sanctum Filium tuum Ie-  
 sum, quem vnixisti, Herodes & Pontius Pilatus cum  
 gentibus & populis Israël, vt facerent, quæcunque  
 manus tua & consilium tuum priùs definierat fa-*

2.

Cõdemna-  
 tio hæc fa-  
 cta est de-  
 creto & cõ-  
 silio Dei.

344 DE CHRISTI CONDEMN-  
cienda. & Actor. 3; Deus, quæ prænu-  
tiauerau per  
os omnium prophetarum suorum, Christum passu-  
rum ita impleuit.

Ac mirū profectò est, cùm Censor hic ad eò  
se in controuersijs Religionis exercitatum  
& versatum gloriatur, nunquam ipsum in  
Passionis historia legisse & animaduertisse,  
hanc fuisse Dei voluntatem & decretum, vt  
Christus à Pilato innocens damnaretur, cùm  
ipse met Christus Pilato dicat, *Non haberes po-  
testatem aduersum me ullam, nisi tibi datum esset  
supernè;* & passim alibi testetur, se, quidquid  
patiat, ex decreto & prouidentia Patris  
sui pati. Hac verò ratione à scriptura ini-  
quum hoc & iniustum Pilati iudicium &  
condemnationem excusari, tam non sequi-  
tur, quàm non sequitur, Scripturam idè lu-  
dæos & alios, qui Christum crudeliter cru-  
ciatum & concisum occiderunt, excusare,  
quòd dicat, omnia hæc ex æterno & immu-  
tabili Dei decreto & voluntate, gesta esse.

Longè enim aliud in filij sui morte & sup-  
plicia spectauit & voluit Deus, quàm ij, qui  
ipsum occiderunt. Statergo hoc, Dei qui-  
dem voluntatem bonam sanctamque, ho-  
minum verò, quorum opera ad sui decreti &  
voluntatis executionem Deus est vsus, ma-  
lam & impiam fuisse voluntatem.



# RESPONSIO AD Censuram. III.

*Quid sit, & dicatur, Adscendere ad caelos?*

*Quaestione 46. pag. 80.*

In quaestione, *Quomodo intelligis illud, Adscēdit ad caelos?* indicat Censura, loca ex Actor. 1. Mare. 16. Luc. 14. adducta, minimè pertinere & sufficere ad Responsonē & declarationem huius quaestionis, eò quòd hæc loca de historia tantum agant, proposita autē quaestio de vero & genuino Adscensionis intellectu, postulet & requirat, ut demonstretur, quid cū Adscensione sit coniunctum, quidq; ea in se cōplectatur, ideòq; referēda huc esse dicta Eph. 1; *Collocavit eum ad dextram suam in caelis, longè supra omne imperium ac potestatem &c.* Eph. 4. *Qui descendit, ipse est, qui etiam adscendit longè supra omnes caelos, ut impleteret omnia, &c.* item, *Data est mihi omnis potestas &c.*

## RESPONSIO.

Nihil hîc aliud quaerit Catechismus, nisi, *Adscensionis historia & fructus distinctè sunt explicanda.* quomodo Historia Adscensionis sit intelligenda, seu, quid sit Adscendere ad caelos: què fructum autē & consolationem ex Adscensione hac percipiamus, ad quam item gloriam & Maiestatem Christus sursum in caelos adscenderit, id explicatur sequentibus quaestionibus & in hoc ipso, & in articulo de sessione Christi ad dextram Dei.

Et

Et quidem hanc ipsam ob causam comprehendunt autores Catechismi, simplicem veramque Articuli de Ascensione in caelos sententiam, & fructum Ascensionis Christi in caelos, duabus, ijsq; distinctis quaestionibus, quod hoc tempore, praecipue vero in harum regionum Ecclesijs, apprimè est necessarium, vt vera hæc, & verbo Dei stabilita, & in Catholica Christi Ecclesia, omnibus aetatibus constanter semper recepta & defensa huius Articuli sententia, Christum videlicet, humanam suam naturam ex his terris abstulisse, ita vt secundum eam, ad finem visibilis mundi, non infra in his terris, neque visibiliter, neque inuisibiliter, sed sursum, & tantum in caelis, visibiliter sit & maneat: iuuentuti & rudoribus ac simplicioribus Christianis diligenter inculcetur, & retineatur in corrupta aduersus nouam hanc & cum verbo Dei pugnantem Glossam, quod scilicet Ascendere in caelos tantumdem valeat, atq; inuisibilem fieri & vbiq; praesentem. Quare licet Catechismus, non commiscens nouam hanc doctrinam in Articulum de Ascensione, Censoribus his non satisfaciat & probeatur, retinet tamen in hoc Articulo consentientem & perpetuam Sacrae Scripturae, & antiquae orthodoxae Ecclesiae Christi, atq; adeo etiam maioris hodieque Evangelicarum Ecclesiarum partis, & quidem earum ipsarum, quae

Ascendere  
in caelum  
non est fieri  
inuisibilem  
& vbiq;  
praesentem.

que Augustanam Confessionem amplectuntur & tuentur, doctrinam, quæ palàm & vno ore vbiuitatem corporis Christi, vt falsam, impiam, & minimè Christianam improbant & reijciunt.

Quòd affirmat Censura, pertinere quoque ad Articuli huius explicationem, quid quid Adscensionis affine est & coniunctum, in eo excedit modum. Hic enim hoc tantùm quæritur, quidnam in hoc fidei Articulo sit Adscendere in cælos: quid autem Christi in cælos adscensionem consequatur, quidque cum ea sit coniunctum, id docetur & explicatur in proximè sequente de ipsius sessione ad dextram Dei, articulo.

Quod porrò Censura ait, pertinere ad hanc responsionem omne id, quod Adscensio in se continet, id verè & rectè ait, & sanè tantum quoque in Catechismo traditum est, quantum de ea in Scripturis sacris exstat. Nam Vbiuitatem his verbis, Adscendere in cælos, esse comprehensam, nondum vnquam Censores hi ex verbo Dei demonstrarunt, nec verò vnquam in omnem vsq; æternitatè id demonstrare poterunt.

Rectiùs itaque exemplum Articuli de Natiuitate Christi prætermisissent, quòd videlicet ad huius articuli explicationem non sufficiat nuda & sola historiæ Natiuitatis allegatio, sed requiratur etiam huc, *verbum caro factum*

factum est. Quod enim Verbum caro factum sit, id verbo Dei traditum & expressum habemus, ideoque hoc ipsum quoque in Catechismo diligenter & accuratè in hoc articulo refertur: quod autem Adscendere in cœlos, & sedere ad dextram Dei, sint vnum idemque, quod Adscensio in cœlos, vel sessio ad dextram Dei sit naturæ Christi humanæ, in omnibus locis præsentia, aut hanc in se contineat, aut sibi coniunctâ habeat & necessariò requirat: quod CHRISTVS cœlum & terram substantia veri sui & naturalis, humani, carnei & ossei corporis repleat: quod hoc ipsum vnicum verumque corpus visibiliter sursùm in cœlos ascenderit, & nunc quoque visibiliter in cœlis sit, invisibiliter autem intrâ in terris manserit, & vbique sit præsens, denique, quod humana CHRISTI natura omnes naturæ diuinæ proprietates adeptæ, eidemque prorsùs æsequata sit: harum, inquam, rerum omnium, Scriptura Sacra nusquam vllam ne verbulo quidem facit mentionem, sed passim omnibus hisce contrarium docet.

Quamobrem meritò quoque huiusmodi doctrina, in Catechismo rejicitur & improbat, monenturque rudiores & simpliciores, vt sibi ab ea caueant, & sunt allegata in Catechismo testimonia, & alia his similia scripturæ loca ad explicationem & respon-



tionem huius quæstionis abundè idonea & sufficientia.

Quod autem attinet ad dicta Ephes. 1. *Vbiquitas corporis Christi nõ est pars gloriæ ipsius.*  
*Collocavit eum ad dextram suam in cælis, longè supra omne imperium & potestatem, & potentiam & dominium, & omne nomen, quod nominatur non solum in hoc seculo, verumetiam in futuro, & omnia subiecit eius pedibus, item Ephes. 4. Qui descendit, ipse est qui etiã ascendit longè supra omnes cælos, vt impleret omnia. item, Mibi data est omnis potestas & c. & alia similia Sacræ Scripturæ testimonia de gloria & Majestate Christi, ad quam is secundùm naturã suam humanam est euectus: sciant sanè Censores hi, autores Catechismi in conscribendo eo nequãquam ita, vt Censores volunt, fuisse ascitãtes & negligentes ac imperitos, vt testimonia illa præterierint & nõ obseruãrint, sed contrã potiùs diligentissimam eorum habuisse rationem, eãq; suo ac conueniente loco, nimirum in articulo de sessione ad dextram Dei, de quo illa palàm & disertim agunt, adduxisse, ideòq; satis profectò imperitè eadè illa ab exercitatisimis hiscè in Religionis negotio Censoribus, primũ quidè ad Adscensionè in cælos detorqueri, deinde verò noua quoq; & coacta glossa peruerri & depruari. In omnibus enim illis ne vnicum quidem existat iota, quod saltò speciem aliquam & colorem vbiquitati corporis Christi præbeat: adhuc Christus post suam*

suam in cœlos adscensionem, secundum Davidis & Pauli doctrinam implevit omnia nō sui corporis substantia, sed suis donis & beneficijs.

Vnum verò est, quod in primis mirandum nobis accidit, Censores scilicet hos omnem suam de corporis Christi in omnibus locis presentia doctrinam, tam pertinaciter & præfractè, in Adscensione ad cœlos comprehendere & stabilire velle, cum tamen aliàs contendant, quòd humana Christi natura & hanc, & alias Deitatis proprietates adeptā sit & habeat ex personali duarum naturarum in Christo vnione. Si enim, ut ipsi aiunt, vnio personalis est illa ipsa natura humanæ cum diuina, exæquatio, & verò constat, extraque omnem positum est controuersiam, naturas has, in Christi conceptione in utero matris esse vnitas: sequitur profectò irrefragabiliter & necessariò ex horum ipsorum sententia & opinione, vbiq̄uitatem corporis Christi, & dicta illa, quæ ipsi ad eam tuendam allegant, in Articulum de Incarnatione Christi includi & referri, nec vllò modo possumus cum hac ipsorum doctrina conciliare id, quòd hîc affirmant, hâc ipsam humanæ naturæ cum diuina exæquationem pertinere ad Adscensionem in cœlos, atque adeò esse proprietatem & Rem ipsam Adscensionis.

Aiunt

Aiuntitem, dictum hoc ex 26. cap. Matthæi defumptum; *Ab hoc tempore videbitis filium hominis sedentem ad dextram potentie Dei, & venientem in nubibus cæli, vt inconueniens & huc non pertinens, immò etiam, si verus & genuinus eius retineatur sensus, cum Cathismo pugnans, esse allegatum, eò quòd plus, quàm Adscensionis historiam completatur, hoc ipsū videlicet, quod Christus alibi dicit; *Data est mihi omnis potestas, &c.* ac addunt, scriptum ibi exstare, collocatum esse Christum ad dextram non loci, sed potentie Dei, eam verò sese ad vltimos vsque mundi terminos extendere.*

Christus post suam resurrectionem, primū est ad dextram Dei in cælis collocatus.

*Responsio.*

Capitis huius fit hoc loco mentio non tantū iam dicti, verū etiam præcedentis testimonij causa, *Me non semper habebitis.* Hæc duo testimonia si coniungantur, alterum alteri lucem adfert, & clarè ac palàm ambo docent, Christum post suam demum passionem in gloriam suam & Maiestatem ingredi debuisse, seque Dominum omnium creaturarum exhibere & declarare, per quem Pater omnia gubernet, ita tamen, vt nos eum in his terris habere, & quærere non debeamus, quantum quidem ad humanam ipsius attinet naturam, donec tandem visibiliter &

verè in fine mundi redeat ex cœlis in nubes, quemadmodum ex his terris fursùm ascendit.

Quapropter, cùm Catechismus hoc loco id ipsum tradat, historiam Ascensionis sic esse intelligendam, certè testimonia hæc ad declarandū Ascensionis simplicè verūq; & cum tota Scriptura, antiquæque & orthodoxa Ecclesia congruentem sententiam, nequaquam Catechismo aduersantur, sed potius, ut ad doctrinæ huius probationem & confirmationem maximè idonea, rectè & appositè sunt allegata.

Quòd verò sunt, qui dicant & contendat, verba hæc; *Me nō semper habebitis*, tantundem valere, atque si dixisset Christus; *Habebitis me quidem semper apud vos corporaliter presentem, sed tamen non videbitis me*, manifesta est & notoria verborum Christi deprauatio & contortio, nec poterit hæc nimis audax ac temeraria, & coacta ac violenta Glossa, vlllo Scripturæ testimonio vnquam defendi & comprobari. Meritò enim pudere debet Censores hos, quòd rancidam hanc & putidā, elumbemq; in medium proferant probationem:

*Dextera Dei est vbique,*

*Christus etiam secundum naturam suam humanam sedet ad hanc dextram,*

*Ergo humana Christi natura est vbique.*



Non enim natura Christi humana est ipsa Dei dextera, sed sedet ad dexteram Dei, & verò nihil est necesse, ut, quidquid ad Dexteram Dei sedet, idem quoque sit ubique. Sedet namque Christus ad Dexteram Dei, & regnum suum officium administrat & exercet secundum utriusque suæ naturæ proprietates, secundum suam Diuinitatem quidem ita, ut in omnibus locis sit præsens, secundum humanitatem verò suam ita, ut vno eodemque tempore non nisi in vno eodemque sit præsens loco, & tamen nihilominus Dominus omnium creaturarum sit & maneat, qui potentia Deitatis suæ omnia conseruet & gubernet. Et si autem Censura hæc vehementer urgeat contendatque, scriptum non esse, sedere Christum ad dexteram loci in excelsis, sed ad dexteram potentia, tamen scriptum existat hoc capite, nos ipsum non semper habituros, & multis alijs locis expressè & disertim ac rotundè dicitur, sedere Christum ad dexteram Dei, siue throni gloriae *sursùm in cælis, in excelsis.*

Dicta quoque hæc Act. 1. *Hic Iesus, qui sursùm* Christi corpus non est simul visibile & inuisibile, in cælo & in terra, *receptus est à vobis in cælum, ita veniet, quæ admodum conspexistis eum proficiscentem in cælum. Matt. 24. Si quis vobis dixerit, Ecce hic Christus &c. ne credite. item, Tunc apparebit signum filij hominis in cælo, inepta sunt & incouenienter, siquidè Censura.*

354 DE VERO INTELLECTU  
ris huius iudicio standum fit, & in prauo fal-  
sòque intellectu allegata.

*Responsio.*

Ex capite 24. citantur hæc verba, *Vide-  
bunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum  
potentia & gloria multa, vt videre est in latina  
Catechismi translatione, in qua versiculi  
quique, Capitis sunt annotati. Hæc & similia  
dicta expressè & perspicuè testantur & eui-  
cunt, Christum secundùm humanam suam  
naturam non ante finem mundi, idque non  
inuisibiliter & incomprehensibiliter, sed vi-  
sibiliter & comprehensibiliter, ab eo loco, vbi  
ipse nunc est, nimirùm de cælo, ex excelsis,  
in eum locum, vbi nunc non est, & in quem  
nos obuiam ipsi rapiemur, in nubes videli-  
cet, deorsùm verè esse descensurum, quem-  
admodum verè quoque à discipulis ablatu-  
s est, ideòque hæc ipsa testimonia verè rectè-  
que in genuino sua sensu, in Catechismo sunt  
allegata.*

Contrà verò hæc Censoris glossa, quòd  
Christus, secundùm veram suam humanam  
naturam visibiliter quidem à discipulis ab-  
latus sit, & in cælos adscenderit, sed tamen  
inuisibiliter apud ipsos in his terris manse-  
rit, & iam antè, suprà in cælis fuerit, & visibi-  
liter deorsùm rediturus, sed inuisibiliter su-  
prà mansurus, & iam antè infrà in his terris  
futurus

futurus sit, nimis est manifesta, & audax ac impudens verbi Dei peruersio, ex quo sanè verbo nunquam euinci & demonstrari poterit, efficere Deum velle, vt vna eadèmq; res, vno eodèmq; tempore simul & visibilis & inuisibilis, comprehensibilis & incomprehensibilis sit.

Hæc verba, *Tunc apparebit signum filij hominis in cælo*, etsi ipsa quoque, visibilem Christi reditum confirmant & stabiliunt, ideòque inuisibilem ipsius in cælis mansionem non admittunt, sed potiùs euertunt: tamen, quoniam de tota in extremo iudicio futura manifestatione accipi & intelligi possunt, non sunt allegata hoc loco, sed, vt ostensum est, ad verba sequentia. Dictum autem illud, *Si quis vobis dixerit, Ecce, hic Christus, aut hic, ne credite*, etiam si Catechismus non adduxerit, nequaquã tamè esset peruertere & deprauare Scripturam Sacram, vt contendit Censura, si quis id contra corporalem Christi præsentiam allegaret. Nam hoc ipso loco non tantùm prohibet Christus, ne quis in illos, qui se pro Christo fortè vendituri sint, verumetiam, idque sine omni dubitatione, ne in vllum quocunque tandem modo, siue visibilem, siue inuisibilem, ab hominibus fictum & excogitatum Christum credat, ideòque cum sæpè multùmque prædixerit & præmonuerit, se sursùm in cælos adscensurum, & ex his

terris abiturum, ita ut mundū hūc relictu-  
rus, in eōq; non solūm nō visibilis & conspi-  
cuus, verūmetiam in eo præsens non sit fu-  
turus: procul dubio, voluit hoc ipso prohibe-  
re & interdicere, ne quisquam credat, ipsum  
vel in vno, vel in pluribus locis nunc corpo-  
raliter in hisce terris latere & occultari.

## RESPONSIO AD Censuram. IIII.

*De præsentia Christi in sua ecclesia  
in his terris,*

Quæstione 47.  
pag 82.

Christus  
est nobi-  
scū secun-  
dū suam  
Deitatem  
& Spiritū.

**I**N Quæstione, *An ergo Christus non est nobis-  
cum vsque ad finem mundi, quemadmodum pro-  
misit?* reprehenditur hæc responsio, quod  
*Christus secundū naturam suam humanam, iam  
non est in terra,* interim tamen allegata testi-  
monia, nulla ratione refutantur. Nam quod  
Matth. 26. Christum secundū naturam  
suam humanam non habere, tantūdem sit,  
atque ipsum non videre, & Iohan. 16. & 17.  
mundum relinquere, & in mundo non am-  
plius esse sit inuisibilem in mundo fieri, & in  
eo manere: audacter quidem & confidenter  
Censura hæc affirmat, sed ne iota quidem vl-  
lum ad probationem eius potest adferre.  
Quod



Quòd enim Christus inquit, *Non videbitis me amplius*, nequaquam profectò idèd inquit, quòd inuisibilis futurus, sed quòd verè & re ipsa hinc esset discessurus, id quod quotidiana sermonis consuetudo comprobat, vt scilicet eos dicamur non videre, non, qui fiant inuisibiles, sed qui à nobis discedant. Simili modo loquitur etià de Passione sua, *Paulisper, & non conspicietis me*, non quòd visibiliter moriturus, & in sepulcrum deponendus, inuisibiliter autem apud ipsos viuens mansurus, sed quòd, dum corpus ipsius mortuum, & nusquam alibi, quàm in sepulcro esset, apud ipsos neque visibiliter, neque inuisibiliter, præsens esset ad futurus. Quòd verò ait, *veniam ad vos, sum apud vos omnibus diebus vsque ad consummationem seculi*, hoc implet & præstat non sua humanitate, sed deitate sua & Spiritu suo, quemadmodum ipse inquit, *Nisi abiero, Consolator ille non veniet ad vos: sin autem profectus fuero, mittam eum ad vos*. Item, *Ego & pater ad eum veniemus, & apud eum manebimus, &c.* Atque hoc ipso modo declarant & interpretantur hæc dicta omnes veteres orthodoxi scriptores, vt alibi est demonstratum.

# R E S P O N S I O A D Censuram. V.

De quaestione 48.

*Andue natura in Christo non diuellantur, si non sit natura humana, ubi-  
cunque est diuina?*

pag. 83.

Persona Christi nō diuellitur, etiam si humanitas ipsius non sit ybique. In quaestione, *Andue natura in Christo non diuellantur, si non sit natura humana, ubi-  
cunque est diuina?* ait Censura, dictum Coloss. 2, *In Christo inhabitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter*, facere contra Catechismum, eò quòd personalis vnio diuinitatis & humanitatis in Christo efficiat, vt humanitas sit vbiq; & quæ, atque diuinitas.

*Responso.*

In præcedenti quaestione adducta sunt testimonia, quæ demonstrant, diuinitatē Christi vbiq; humanitatem autē non vbiq; esse, & ad hanc ipsam quaestionem in denuò excusis exemplaribus plura sunt annotata testimonia, vt illud Iohan. 3, *Filius hominis, qui est in celo*, quod profectò iuxta alia Scripturæ loca, & vnanimem, ac consentientem confessionē omnium veterū scriptorū, de Christo non secundum ipsius humanitatē, sed secundum diuinitatem potest & debet intelligi. Ipus enim post suam resurrectionem inquit,  
*se non-*

se nondum adscendisse ad patrem suum. Item Iohann. 11. Gaudeo propter vos, me illic non fuisse. Item Matth. 28. Post resurrectionem dicunt angeli, ipsum non esse in sepulchro; quod sanè de Christo non secundùm deitatem, quæ ubiq; est, sed secundùm humanitatem intelligi oportet, quæ de loco in locum progreditur, & vno tempore, non nisi vno est loco, nec contrarium ex vlllo totius scripturæ loco demonstrari potest. Quoniam autem Ubiquetarij, vt nouam suam doctrinam aliquo saltem colore & specie veritatis infucent & commendent, contendunt, duas in Christo naturas hoc modo diuelli: præmonentur, & præmuniuntur in Catechismo contra falsum hunc colorem & prætextum rudiores & simplices, & ratio adfertur, cur diuinitas simul sit intra & extra assumptam à se humanitatem, & tamen ab eadem nullo modo diuellatur, Videlicet, quia diuinitas sit infinita, incomprehensibilis & vbique præsens, idque absque vlla expansione, vel diuisione, vel multiplicatione suæ essentia, ideòque illa ipsa diuinitas, quæ extra assumptum à se corpus & animam est, tota quoque & inseparabilis sit & maneat in illo ipso corpore & anima, quod ipsum semper omnes veteres scriptores constanter docuerunt. Ad probandam confirmandamque hanc doctrinam, citatum est testimonium illud Colos. 2. quo docetur, Deitatem persona-

liter, hoc est, non tantùm inseparabiliter, verùm etiam alio quodam & multò sublimiòs modo, in humanitate Christi habitare, & cum ea vnitam & connexam esse & manere, etiam si Scriptura Sacra plurimis alijs locis doceat & testetur, Humanitatem Christi non esse vbique, vt est Diuinitas, quod ipsum Iustinus quoque testatur inquit, *Crede, & vbique presentem esse λόγον secundum substantiam, & singulari modo existere in proprio templo.* Quare dictum hoc, pro personali duarum naturarum in Christo vnione, & incomprehensibilis ac vbique præsentis Deitatis, & humanitatis semper non, nisi vno loco præsentis discrimine asserendo & conseruando sufficiens est & idoneum, ideòque rectè allegatum, nimisque audacter Censor affirmat quidem, si quidem, humanitas non sit, vbicunq; est diuinitas, tum personam dissolui & diuelli, sed nullo vel minimo verbulo id demonstrat, neque demonstrare vnquam poterit. Nam etsi diuinitas est etiam extra humanitatem, non tamen ab humanitate diuellitur, eò quòd non alia aliqua, sed ea ipsa diuinitas, quæ est extra humanitatem, simul quoque est & manet in eadem illa humanitate. Atque hoc modo eternus ille λόγος est verus homo, hoc est, cum sua humana natura personaliter vnitus & deuinctus quouis loco tam extra, quàm intra suam humanitatem.

Adhuc



Adhæc, cum Censores hi iterum hic affirmare non vereantur, si post Adscensionem in cælos Diuinitas alicubi sit, vbi non sit humanitas, tum personam distrahi & diuellere quidem discere ex ipsis & cognoscere vehementer cuperemus, an non etiam ante in cælos Adscensionem, duæ illæ naturæ vna fuerint persona, aut an humanitas etiam ante Adscensionem, itémque an etiam mortuum iam & exanime atque de Cruce pendens, & in sepulchro repositum Christi corpus, vbique fuerit præsens? Certè cuius oculos aperire volenti promptum est & proclive videre atque perspicere, quibus rationibus, & qua conscientia Vbiquetarij nouum suum absurdum & monstruosum commentum tueantur & defendant, cum Vbiquitatem suam iam super Personalem Vnionem, iam super Glorificationem, mox super Adscensionem in cælos, rursusq; super Dextram Dei exstruere & stabilire conentur, cum tamen omnes hæ rationes sese mutuo conficiant & euertant, vt a libi est demonstratum. Prudentiùs itaque facerent, si se ipsi diligentius excuterent atq; examinarent, dictumque illud, *Videte, ne quis vos deprædetur per inanem philosophiam & deceptionem &c.* quod alijs obijciunt & opponunt, ipsi pleniùs & rectiùs intelligere discerent.

RESPON-

362 DE SESSIONE AD  
RESPONSIO AD  
Censuram VI.

*De Sessione ad dextram Dei  
patris,*

Quæstione 50. pag. 87.

**I**N Quæstione, *Cur additur, Sedet ad dextram Dei?* reprehenditur in testimonijs ex ad Ephes. 1. & Coloss. 1. adductis, quòd non sint idonea & sufficientia. Nam, inquiunt, quòd Christus sit caput suæ ecclesiæ, eo ipso Sessio ad dextram Dei non, quantum satis est, explicatur, item aiunt, nõ quæri, nec responderi, quid sit Dextra Dei, & quid sit Sedere ad dextram illam Dei, videlicet, esse eam dextram potentia, non loci, item filium hominis ad dextram illam esse euectum & exaltatum, eandemque dextram hoc requirere & efficere, vt filius hominis etiam secundum suam humanitatem sit vbique. &c.

*Responsio.*

**A**rticulum de Sessione ad dextram Dei, testimonijs supra dictis satis superque declarari, testantur & euincunt primùm allegata Scripturæ verba, quæ non integra, à Censura hac recitantur, vt Colos. 1. *Omnia per eum & eius respectu condita sunt, estque ipse ante omnia, & omnia per eum consistunt, estque caput corporis eccle-*

*ecclesia, principium & primogenitus ex mortuis, ut in omnibus primas teneat, &c. & Ephes. 1. Collocavit eum ad dextram suam in caelis, longè supra omne imperium ac potestatem, & potentiam & dominium, & omne nomen, quod nominatur non solum in hoc seculo, verumetiam in futuro, & omnia subiecit eius pedibus, cumque constituit caput super omnia ipsi ecclesiae, quae est corpus ipsius, & complementum eius, qui omnia implet in omnibus.*

His aliisque similibus locis Sessio Christi ad dextram Dei ita explicatur, quòd Christus sit caput suae Ecclesiae, Angelorum & hominum, hoc est, Dominus omnium creaturarum. Cùm enim ipsi quoque electi imperium & dominium habituri sint in omnes alias creaturas, & verò Christus etiam ipsis electis sit constitutus caput, sequitur uecessariò, ipsam esse solum omnium Dominum, nec quidquam proferri in medium potest, quod in Sessione ad dextram Dei cõtineatur, quod simul quoq; hoc ipsum nomen, videlicet esse Christum caput omnium Sanctorum angelorum & hominum, non complectatur.

Ac ut inuentus & rudiores faciliùs perciperent & intelligerent, quidnam Scriptura hoc titulo Capitis designet, additur, Patrem omnia per ipsum gubernare. Hoc enim ipsum est propriè ad dextram Dei sedere, quòd nimirum Christus est illa ipsa persona, per quam

Quid propriè sit Sedere ad dextram Dei.

quam Pater omnia operatur & efficit. Ad hæc demonstrat hoc ipsum satis abundè hæc ipsa Censura, re ipsa, cum nihil adferre possit, nisi solam suam Ubiquitatem, quod ad declarationem hanc pertineat, & in ea non sit comprehensum. Ubiquitas verò non negligentia vlla, aut obliuione, sed singulari cura & studio, in Catechismo prætermissa est, eò quòd illa nusquam in vniuersa Scriptura sacra, tanquam pars huius gloriæ Christi referatur. Cum itaque nihil, præter hanc Ubiquitatem, hinc desideretur, est explicatio hinc posita, vera & integra: puerilis autem λογισμαχία, quod ait Censura, non quæri, nec responderi, quid sit Dextra Dei, & quid ad eam sedere. Nam hic ipse est sensus huius quæstionis, Cur hæc verba proximè post Articulum de Ascensione in cælos, cõsequantur, hoc est, quid per ea intelligatur, cum Scriptura ijs vtitur: ideò quæstio hæc ita temperata est & conformata, vt & Dextra, & Sessio ad dextrâ simul explicarentur, videlicet, Dextram Dei esse potentiâ hanc & gloriâ Christi, & sedere ad dextram esse, hanc potentiam & gloriâ habere. Hæc quia commodiùs & expeditiùs vna poterant expediti & explicari quæstione, superuacaneum profectò & minimè erat necessarium, plures ex ea facere quæstiones.

An dextra Dei etiam atrox iniuria, cum accusatur, quòd Dextram



ram Dei non ad potentiam, sed ad certum locum ali-  
cum referat. Et si enim verum est, Christum quē signi-  
ficet.  
ita ad Dextram Dei sedere, vt humana ipsius  
natura non, nisi vno loco, sit præsens, & hoc  
sensu nonnulli sic quoque loqui soleant, De-  
xtram significare Officium, seu potentiam &  
gloriam, & item locum Gloriæ: tamen ne ap-  
picem quidem vllum proferre possunt Cen-  
sores hi, quo doceant, à Catechismo dextram  
Dei appellari locum certum, se manifestum  
est & perspicue ac sine omni controuersia ve-  
rum, quòd Dextram Dei Catechismus non,  
nisi de potentia & gloria Christi, accipiat &  
interpretetur. Omnino enim, esse caput ec-  
clesiæ, & omnia administrare, non locum a-  
liquem, sed diuinam potentiam & gloriam  
huius personæ denotat.

Est & illa petulans & malitiosa deprava-  
tio Catechismi, quòd aiunt, Catechismus  
Dextram Dei solummodò ad iudiciale Chri-  
sti officium referre. Dictum enim illud Io-  
han. 5. *Pater omne iudicium dedit filio*, nequa-  
quam eo sensu & consilio hîc est annotatum,  
quòd hoc solum gloria Christi, sed quòd hoc  
quoque pars quædam sit huius gloriæ. Non  
ergo hîc ait Catechismus, *Noli me tangere*, sed,  
*Noli me calumniari*. Nâ de vero sensu & conso-  
latione huius articuli, quantû quidem in tâ-  
ta breuitate præstari potuit, tantum affirmat

hîc

hïc Catechismus, quantum Scriptura docet  
Censura verò hæc affingit & admetitur ei  
quod nusquam dicit.

## R E S P O N S I O A D Censuram VII.

De quaestione 66,

*Quid sunt Sacramenta?*

pag. 112.

**I**N Quaestione, *Quid sunt Sacramenta?* culpa-  
tur Catechismus, quòd id, quod est maxi-  
mum & præcipuum optimùmque, omittat  
videlicet, quòd Sacramèta illud ipsum, quod  
docent & confirmant, simul quoque exhibe-  
ant, & in se contineant, secùmque ferant, nec  
tantùm significatiua, verumetiam exhibiti-  
ua sint.

*Responsio.*

Sacramen-  
tis dona &  
beneficia  
non signi-  
ficatur tã-  
tùm verũ-  
etiam ex-  
hibentur.

De hac cavillatione satis dictum est in edi-  
ta jam antè Vera de Sacramentis Doctrina, &  
Defensione Catechismi. Quare, vt breuiter  
hïc ad eandem respondeamus, negamus pri-  
mùm, rem ita habere, quòd Catechismus Sa-  
cramenta constituat faciãtque huiusmodi  
signa, quæ hoc ipsum, quod significant, & vt  
coelestia pignora, testantur ac confirmant, nõ  
etiam exhibeant, secùmque ferant: immò  
contrà potiùs, hoc ipsum explicatur & stabili-  
tur,

litur, cùm appellantur diuina Symbola & Sigilla. Nam dubitari non potest, neque debet, quin Deus æquè sit verax in suis sacramentis, atque est in suo verbo. Nequaquam igitur hîc negatur, sacramenta esse signa exhibitua, hoc est, talia signa, quibus bona & beneficia significata, in vero ipsorum vsu verè exhibeantur, nec nobis vîquam in mentem venit hoc negare, ita tamen vt necessaria hæc declaratio semper addatur & retineatur, Deum nobis sua beneficia non aliter per sacramenta dare & exhibere, quàm per verbum, illis videlicet solis, qui hoc ipsum, quod auribus verbum, & oculis sacramentum annuntiant, vera fide amplectuntur, idque non alio modo, nec sensu, quàm quòd Spiritus Sanctus per verbum operetur & efficiat fidem, quam deinde per sacramenta, vt visibilia & promissioni annexa pignora & sigilla conseruat, auget, & confirmat, per quam fidem solam gratiæ Dei & omnium ecclestium bonorum reddimur participes. Ita enim de institutione & vsu omnium sacramentorum inde vsque ab initio mundi, loquuntur & ipsa Scriptura sancta, & veteres pij orthodoxi scriptores, & Augustana Confessio & Apologia, id quod alibi copiosè & prolixè est demonstratû. Ac nisi res ita haberet, necessariò sequeretur, omnes eos, qui verbum solû modo audiant, & sacramentis vtantur, siue fide-

les, siue infideles, promissa Dei beneficia acci-  
 pere, & quidem non minùs Simonem Ma-  
 gum, quàm Paulum. Id verò longè est secùs.  
 Quare Sacramentis nihil derogatur, quod  
 verbum Dei ipsis tribuit, nec est Iudaica o-  
 pinio, quòd Symbola & testimonia promif-  
 sionis, siue gratiæ diuinæ appellantur: con-  
 trà verò multò potiùs, erronea hæc sunt &  
 impia figmenta, quòd veteris & noui testa-  
 menti sacramenta eundem non habuerint v-  
 sum, quòd dicitur vetera Sacramèta nuda tantùm  
 & inania Signa & imagines ac antitypa inuisi-  
 bilis gratia Dei fuerint, cùm tamen sine omni  
 dubitatione verum sit, vnam eandemq; gra-  
 tiam omnibus credentibus in vtroque testa-  
 mento promitti & dari in verbo & in sacra-  
 mentis, id quod Scriptura plurimis in locis  
 testatur, vt Rom. 4. 1. Cor. 10. &c. idemq; do-  
 cent omnes veteres scriptores. Discrimè verò  
 in eo tantùm est positum, quod vetera sacra-  
 menta ad futurum, noua verò ad peractum  
 iam & præteritum Christi sacrificiũ deducũt,  
 ideòq; clariora sunt & illustriora, quàm vete-  
 ra, sicut etiam doctrina ipsa & promissio: itè,  
 quòd sacramenta noui testamenti, alio sensu,  
 nec eam ipsam ob causam sint media & instru-  
 menta, per quæ Deus sua nobiscum beneficia  
 communicat, quia per ea fidem operetur,  
 quemadmodum etiam per verbum, ita ta-  
 men, vt fides per verbum accendatur, & per  
 Sacra-

In vtrius-  
 que testa-  
 menti sa-  
 cramentis  
 eadem ex-  
 hibentur  
 dona.



Sacramenta augeatur & corroboretur. Hæc doctrina prorsus affinis est & cognata Papistica opinioni de opere operato. Quare respõsio & allegata testimonia idonea sunt & sufficientia ad declarandam naturam & usum sacramentorum, cum Christus ipse non minus cœnam, quam vetera sacramenta ad recordationem suorum beneficiorum instituerit, & neq; vetera, neq; noua Sacramenta sint inania & nuda, sed credentibus omnib. efficacia & veracia gratiæ diuinæ mnemosyna & testimõia.

## RESPONSIO AD Censuram VIII.

*Quid sit Baptismus, & qua ratione in eodem remissio peccatorum offeratur, & credentibus omnibus applicetur,*

*Quæstione 69, pagina. 116.*

**I**N Quæstione, Qua ratione in Baptismo admoneris & cõfirmaris, te vnici illius Sacrificij Christi participem esse? repetitur eadem, de qua paulò antè dictum, cauillatio, nimirum, Baptismũ non tantum esse commensationem & testificationem remissionis peccatorum, verum etiam eam ipsam per hoc Sacramentum offerri, distribui, & applicari, & in hunc finem adducuntur testimonia Marc. 1. Luc. 3. Act. 2. & 22. Tit. 3. in quibus institutio, vsus, & consolatio, Baptismi traditur.

## Responsio.

Baptism<sup>us</sup>  
est testi-  
monium  
adeptæ iā  
antè remis-  
sionis pec-  
catorum.

Respondemus hîc idem, quòd antè, In Ba-  
ptismo perinde atque in Verbo Remissionem  
peccatorum omnibus quidem offerri, sed  
solis credentibus eam contingere, applicari  
& propriam donari, idque non aliter, quàm  
per veram fidem. Quare Applicatio Gra-  
tiæ per Sacramenta nihil est aliud, nisi hæc  
ipsa testificatio & confirmatio fidei, quòd vi-  
delicet quilibet credens & Sacramento v-  
tens, tam certò, promissæ Gratix, quàm visi-  
bilis Sacramenti fiat particeps. Hoc mani-  
festè & perspicuè liquet ex allegatis testimo-  
nijs, vt, *Iohannes predicabat Baptismum peni-  
tentia*, hoc est, vt ij, qui pœnitentiam age-  
bant, baptizarentur in remissionem pecca-  
torum, hoc est, non quòd tunc primùm pec-  
cata ipsis remitterentur. Quicumque enim  
pœnitentiam egerant, iam ante Baptismum,  
remissionem peccatorum erant consecuti,  
sed vt per Baptismum de adeptæ iam remis-  
sione redderentur certiores. Idem iudici-  
um est de ijs, qui pœnitentiam agebant, A-  
ctor. 2. itémque de Paulo, Actor. 22. qui profe-  
ctò Paullus proculdubio iam antè iustus & à  
peccatis suis per fidem suam erat mundatus,  
quàm ad ipsum Ananias veniret, & tamen  
nihilominùs ad fidei suæ confirmationem  
baptizabatur. Sic quoque verba illa Tit. 3.  
*Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis*, non  
pos-

possunt sine manifesta abominandæ & mon-  
 strosæ idolatriæ Papisticæ approbatione & cõ-  
 firmatione, aliter accipi & intelligi, quàm de  
 fidelibus, & hac ipsa fidei confirmatione, per  
 quam saluimus, iuxta Christi institutio-  
 nem, *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, serua-  
 bitur, &c.* Quare si hæc Gratia testificatio,  
 vel Fidei confirmatio, Censoribus his, in Sa-  
 cramentis non satisfacit: viderint sanè ipsi,  
 quàmnam Remissionis peccatorum distri-  
 butionem in iisdem fingant & fabricentur.  
 Certè quiuis sanus & intelligens, facilè ani-  
 maduertit, ipsos de Distributione, vt ipsi lo-  
 quuntur, corporis Christi in pane tantopere  
 laborare & sollicitos esse, quæ distributio, vt  
 quidem ipsi contendunt, etiam sine fide fiat,  
 & sanè benè res cecidit, quòd non in Bapti-  
 smo quoque, corporalem quandam Remis-  
 sionis peccatorum, sicut corporis Christi in  
 ecena, distributionem statuerunt & docue-  
 runt.

Contendit item Censor hic, quæri debuis-  
 se, *Quid est Baptismus?* At verò sciat ipse, re  
 benè præmeditata & expensa, quæstionem  
 hanc huiusmodi conceptam esse & elatam  
 verbis, vt suprà ex Catechismo ostensum est.  
 Nam quidquid tandem Censores hi dicant,  
 & quocunque tandem se vertant, negare ta-  
 men nullo modo poterunt, Baptismum esse  
 hanc ipsam à Christo mandatam Ceremoni-

am, vt in nomine Patris, filij, & Spiritus sancti baptizemur aqua, ad testandum, quod peccata remissa nobis sint & abluta. &c.

Quomodo Baptismus nos de Gratia hac reddat certiores.

Verum hinc hoc quoque sciendum est & obseruandum, vnde nam Baptismus hanc adeptus sit efficaciam & valorem, vt nos de hac Gratia adepti reddere possit certiores.

Ad hanc quaestionem respondetur, adeptum id esse Baptismum ex institutione Christi, quae duas complectitur partes, videlicet Mandatum de Ceremonia, & huic annexam promissionem Gratiae. Nam si hoc Dei verbo Baptismus destitueretur, profecto nullaratione posset nos de Gratia Dei facere certiores. Quaestio itaque hoc modo est formata, vt primum non id tantum explicaretur, quidnam Baptismus esset, huiusmodi scilicet lauacrum, quod nos de Remissione peccatorum faciat certiores, verum etiam, quonam modo Baptismus certiores nos reddere queat, vt opinio de opere operato excluderetur, itemque, vt perspicue ostenderetur, quare ratione generalis illa Sacramentorum definitio omnibus Sacramentis conueniat, & iuxta communem hanc doctrinam de singulis Sacramentis esse iudicandum. Haec sunt causae, cur quaestio haec ita sit formata & composita, nequaquam vero, quod Censura fingit & comminiscitur, vt Paulina haec definitio, *Baptismus est lauacrum regenerationis*, praetermitteretur,



retur, quam certè Catechismus lubentissimè  
 recipit & probat, & cum hac definitione con-  
 fert. Egere enim hæc Paulli verba declaratio-  
 ne aliqua, non modò Paullus eo ipso testatur,  
 quòd Baptismum appellat lauacrum, Simo-  
 nis item Magi, plurimorumque aliorum, qui  
 non regenerantur, Baptismus, verumetiam  
 ipsamet Censura, cùm paullò post fateatur,  
 Baptismum esse medium seu organum, per  
 quod à peccatis abluimur, & regeneramur.  
 Satis enim constat, èstque indubitatum, Me-  
 dia & Organa Regenerationis nequaquam  
 esse posse ipsammet Regenerationem, quod  
 etiam ipsa Censura disertim & expressè fate-  
 tur. Sed hìc rursùm aqua hæret Censori-  
 bus, in eoque elaborant & solliciti sunt, vt a-  
 liquo colore ornent & venditent hanc phra-  
 sin, *Panem propriè & sine vlla prorsùs verborum*  
*declaratione, esse corpus Christi.* Absque eo e-  
 nim esset, nequaquam postularent talem in  
 Catechismo, Baptismi explicationem,  
 vt ea ipsa etiam alia egeret ex-  
 plicatione.

## RESPONSIO AD

## Censuram IX.

De 72. &amp; 73. quæstionibus,

*Quomodo Baptismus sit ablutio peccatorum, & cur Baptismus in Sacris literis appelletur Ablutio peccatorum?*

pag. 121. &amp; 122.

**Q**uæstionem hanc, *Estne ergo externus aque Baptismus ipsa peccatorum ablutio?* impugnat Censura hoc modo, ut dicat, neminã vnquam affirmasse, Baptismũ esse ipsamet Regenerationem, aut, Baptismum & peccatorum remissionem esse vnã eandemq rem.

*Responsio.*

Sanè verũ est, neminem integramente & sensibus, affirmasse, Baptismum esse ipsamet peccatorum remissionem: esse autẽ Baptismum Remissionem peccatorum & Regenerationem, ipsa affirmat scriptura, estq hæc recepta & vtitata in Ecclesia loquendi forma. Cũ ergo Baptismus non sit ipsamet Remissio, sed sit Remissio, proprio quodam & peculiari modo, sequitur hinc & efficitur necessariò, hæc & similes orationis formas non posse iuxta τὸ πρὸν, sed iuxta Sacramentorum modum ac rationem accipi.

Ait

Ait item Censura, nullo modo satis esse,  
vt Baptismus appelletur tantum lauacrum  
Regenerationis, & Ablutio peccatorum.

Hac verò accusatione notoriam & mani-  
festam facit Censura Catechismo iniuriam.  
Catechismus enim non dicit tantum, Bap-  
tismum ita appellari, sed simul quoque suas jun-  
git causas huius appellationis, videlicet pri-  
mum, quia beneficia hæc significat, nobisque  
antè oculos proponit, eorundemque quati-  
visibilis quædam est promissio: deinde, &  
quidem præcipuè, quia tam certò & tam ve-  
rè à peccatis nostris abluimur, quàm certò &  
verè abluimur externa & corporali aqua, eò  
quòd per externam hanc & corporalem ab-  
lutionem, tanquam per certum & minimè  
fallax pignus & sigillum, Deus nobis spiritu-  
alem illam & internam ablutionem testa-  
tam facit & obsignat, ideòque hac ipsa exter-  
na ablutione, vt & Euangelij prædicatione,  
tanquam Medio & Instrumento ad Spiritu-  
alem hanc ablutionem vitur, cum his me-  
dijs corda hominum ad Fidem excitet, per  
quam fidem, Gratia diuinæ efficimur par-  
ticipes. Ex his cuius facile est & promptum vi-  
dere, Censuram hanc nimio cauillandi & re-  
prehendendi studio, verba & doctrinam Ca-  
techismi peruertere & deprauare. Neque  
enim quæritur, an externum aquæ lauacrum  
sit Medium & instrumentum spiritualis

emundationis, sed hoc solummodò, an iuxta τὸ πρῶτον verborum Apostoli, Baptismus sit hæc ipsa emundatio, ideóque posterius hoc solum pernegatur: contrà autem, prius illud plurimis locis traditur, probatur, cõfirmatur, & copiosè, quantúmque satis est, declaratur, videlicet, Sacramenta esse media, per quæ salui sumus, eò quòd sint Media, per quæ Spiritus sanctus fidem in cordibus nostris operatur & efficit. Rectè ergo & ordine responsio Catechismi, hac allata ratione confirmatur, quia solus sanguis & Spiritus Christi nos à peccatis emundet, ita nimirum, ut quæstionis verba sonant, quòd hæc ablutio, quæ fit per sanguinem & Spiritum Christi, sola sit propriè & reipsa Ablutio, hoc est, Remissio peccatorum, & Cordis renouatio. Hæc enim ablutio propria est soli sanguini & Spiritui Christi. Nec tamen hac ratione negatur, nec vlllo modo hinc efficitur, Ablutionem aquæ non esse externum huius emundationis medium: sed discernuntur tantum, ita ut par est & oportet, duæ hæc Ablutiones, videlicet Ablutio & purgatio à peccatis, & externum hoc eiusdem Ablutionis medium & instrumentum,



# RESPONSIO AD Censuram. X.

De quaestione 75.

*Quid est Sacra Domini Cæna?*

pag. 126.

**S**imili prorsus modo reprehenditur in  
Quaestione, *Qua ratione in Cæna Domini ad-  
moneris & confirmaris, te vnici illius sacrificij  
Christi in cruce oblatis, atque omnium eius bono-  
rum participem esse?* hoc primùm, quòd non  
quaeritur, *Quid est Cæna Domini?* deinde, quòd  
ad hanc quaestionem non adfertur hæc re-  
sponso, *Est corpus & sanguis Christi sub pane &  
vino nobis Christianis ad edendum & bibendum à  
Christo ipso institutus, sed hæc potius responso,*  
quòd Cæna Domini tantùm sit admonitio  
& confirmatio sacrificij Christi, quod nullo  
scripturæ testimonio probari potest, ideòque  
nullum etiam hîc sit annotatum.

*Responso.*

Primùm hîc quoque, vt antè in Baptismo,  
quaestio, quid est cæna Domini, comprehen-  
ditur in quaestione Catechismi, insuper et-  
iam, vnde cæna Domini hoc sit adeptæ, vt fi-  
dem nostram stabilire & confirmare possit.

Secundò, correctio hæc respõsionis Cate-  
chismi fuisse non necessaria. Cùm enim pro-  
priè

priè docere & declarare cupimus, quid sacramenta sint, profectò sine omni dubitatione non est respondendum, quòd sint ea ipsa invisibilia dona & beneficia Dei, quæ nobis per visibilia sacramenta donantur & confirmantur. Quare tam non est hæc propria responsio, cœna Domini est ipsum corpus Christi, quàm si dicatur, Baptismum esse ipsammet gratiam & peccatorum remissionem: Ut interim silentio prætereamus, neque cœnam Domini, neque beneficia ipsa, quorum ea est Sacramentum, esse corporalè aliquam præsentiam & sumtionè Christi in vel sub pane.

Tertiò, non ait Catechismus, cœnam Domini esse tantùm admonitionem & confirmationem sacrificij Christi in cruce peracti, sed esse etiam fruitionem illius ipsius sacrificij, veræque communionis, & vnionis cum corpore Christi per eius Spiritum, quæ credentibus, in huius Sacramenti vsu verè contingit & augetur. Etsi enim Catechismus ea, quæ præstari potuit, & necessaria fuit, cura ac diligentia discernit sacramenta, & ipsa bona ac beneficia, non tamen ea in vero vsu distrahit ac diuellit, cuius quidem diuulsionis censores hi & alij eum student accusare. Quòd verò censor hic existimat, tenere se hinc Catechismum ita manifestò faucibus constrictum, vt effugere aut elabi non possit, eò quòd nulla hic testimonia scripturæ allegata sint, in eo  
vehe-

vehementissimè errat, & seipsum fallat. Responsio enim ad hanc quæstionem duas cõplectitur partes: prior est, instituta à Christo sumtio panis & vini, altera, promissio, velle se nos suo pro nobis oblato corpore cibare, quàm promissionem ipse sumtioni huic annexuit, cum hæ ipsæ duæ partes in sacramenti institutione comprehendantur. Quare cum peculiaris sequatur quæstio, quo loco promisit Christus, se credentibus tam certò corpus & sanguinem suum sic edendum & bibendum daturum, quàm fractum hunc panem edunt, & poculum hoc bibunt? visum est in prima Catechismi editione non necessarium, loca institutionis & promissionis cœnæ Domini etiam ad hanc quæstionem annotare, cum integra totius contextus recitatio peculiari comprehensa quæstione, omnibus sanis & intelligentibus meritò magis satisfaciat, quàm nuda capitum ad marginem annotatio. Sed quia metuebamus, ne fortè, quod nunc accidit, quispiam aliquando existeret, cui hac ratione non esset satisfactum, idèò, in secunda editione in erratrum correctura, vt vocant, &c. insequentibus deinceps editionibus loca ipsa institutionis ad marginem huius quæstionis notata sunt & adscripta.

# RESPONSIO AD Censuram. XI.

*Quid sit Christi corpus edere.*

Quæstione 76. pag. 129.

**I**N quæstione, *Quid est Christi corpus edere?* reijcitur & improbatum testimonium allegatum ex cap. Iohan. 6. ut quod huc non pertineat, eò quòd Christus Ioh. 6. de Cœna non sit concionatus.

*Responsio.*

Quomodo 6. cap. Ioh. pertineat ad Cœnam,

Potuiſſent equidem Cenſores hilabore hoc, ut minimè neceſſario, ſuperſedere, quò tam prolixè & verbosè probare fatagunt, Chriſtum Iohan. 6. neque de Cœna, neque de vlllo alio Sacramento agere. Ipsi enim nos hoc ipſum ſpontè fatemur & concedimus. Quòd autem ideò omnes veteres ſcriptores reprehédunt, qui vno ore, fruitionem Chriſti in Cœna per hoc 6. Iohannis caput declarant, in eo ſanè rem viribus ſuis maiorem tentant. Etſi enim eo loco Chriſtus de viſibili Sacramento, videlicet de panis & vini ſumtionem non loquitur: nihilominùs tamen loquitur agítq; de inuiſibili huiùs Sacramenti beneficio, fruitione ſcilicet corporis & ſanguinis Chriſti, quæ profectò & in, & extra Cœnam fit per veram fidem, per cœnam aut ſtabi-



stabilitur & adaugetur. Rectè itaque & optimo iure adducuntur, ad explicationem Cœnæ Domini, & hic locus, & alia Scripturæ dicta, quæ de cōmunionem Christi agunt, quem admodum & illa loca, quæ de inuisibili Sanguinis & Spiritus Christi in Baptismo adspersione agunt, rectè & ordine ad Baptismi declarationem allegantur. Quòd enim Christus credentibus, quibus solis cœnam hanc instituit, promiserit, se in Cœna sua ipsos verè carne & sanguine suo pascere & potare vellet, idque certò ipsis præstet, de eo nobis nullum omninò est dubium: quòd autem hoc ipsum ita fiat, vt caro ipsius in pane, & sanguis in vino essentialiter & corporaliter per os in credentium, & impiorum corpora ingrediatur, de eo in Sacris literis nullum extat iota.

Necesse ergo est, vt hanc in Cœna promissam corporis Christi communionem nequaquam iuxta cerebri humani figmenta, sed iuxta promissionem Euangelij, cui Sacramenta, tanquam visibilia symbola & sigilla sunt annexa, intelligamus.

Dicitur etiam illud, Actor. 3. *Oportuit Christum cœlo suscipi vsque ad tempora restitutionis omnium, nihil facit, vt quidem vult hic Censor, ad demonstrandum, nos ita fieri membra veri corporis Christi, vt tamen nihilominus ipse nunc non in terris, sed in cœlo sit*

De dicto,  
Actor. 3.

582 QVO. CHR. CORPVS EDATVR.

fit & maneat, eò quòd Christus ita in cœlum  
adscenderit, vt tamen nihilominus inuisibi-  
liter corpore suo fit in terris.

*Responsio.*

Scriptura Sacra, & omnes veteres pij ac  
orthodoxi Doctores testantur passim, Chri-  
stum ita in cœlos ascendisse, vt humana ipsi-  
us natura non solùm in terris conspiciatur,  
verùm etiam non sit: nec vnquam Censor hic  
suum de visibili Adscensione, & inuisibili in-  
frà in his terris, humane nature Christi man-  
sione figmentum vllò modo demonstrare  
poterit. Stat ergo firmum adhuc & inconcus-  
sum atque inuictum cùm hoc, tum alia simi-  
lia Scripturæ contra corporalem Christi in  
cœna manducationem testimonia.

R E S P O N S I O A D  
Censuram. XII.

*Quomodo Christus verum suum corpus  
nobis in Cœna in cibum pro-  
miserit,*

Quæstione 77. pag. 133.

**I**N quæstione, Quo loco promisit Christus, se  
credentibus tàm certò corpus suum edendum da-  
turum, quam certò panem hunc edunt? ait Cen-  
sura, multò plus ipsa Cœnæ Domini institu-  
tione contineri, quàm has quæstione. Nos

*Responsio.*

Nos quidem, vt & suprà dictū est, prorsus nihil dubitamus, quin Christus nobis in Cœna corpus suum in cibum promittat: quòd autem suo illo corpore nos pascat corporaliter, ex verbis ipsius nequaquā potest demonstrari. Nam hoc haud dubium est, quin in omnibus Sacramentis, visibilia Symbola nõ idèò appellentur inuisibilia dona, quòd hæc vnà cum symbolis corporali modo accipiantur, sed quòd hæc dona symbolis illis, nobis significantur, confirmantur, & augeantur, in quam sententiam Christus se ipse explicat, *Hoc*, inquit, *facite ad mei recordationem*, & Paulus summionem hanc huius panis citat & allegat, vt testimonium spiritualis Christi communionis, 1. Corin. 10. Quapropter inuisibile hoc Sacramentum seu signum Gratiæ, corporalis, inquam, carnis Christi sumtio & manducatio, nihil est, nisi merum & idololatricum figmentum & commentum, nec Institutio Cœnæ, vt nec omnium aliorum Sacramentorum, ullam aliam, quàm spiritualem & aliàs in Euangelio promissam Christi communionem tradit & complectitur.

R E S P O N S I O A D  
Censuram. XIII.

*Cur Christus panem & vinum appelles  
essentiale suum corpus &  
sanguinem?*

Quæstione 78 pag. 136.

**I**N quæstione, Num ergo panis & vinum fiant  
ipsum corpus & sanguis Christi? contendit  
Censor, in Institutione Cœnæ nō idē Chri-  
stum appellare panem, corpus suum, quōd  
panis sit pignus & symbolum fracti pro no-  
bis, & nobis in cibum vitæ donati corporis,  
sed idē, quōd corpus suum essentialiter sit  
in illo pane, & cum eo corporaliter come-  
datur.

*Responsio.*

Declaratio huius propositionis, *Panis est  
corpus Christi*, quæ a Catechismus vtitur, expres-  
sa est in hisce Institutionis verbis, *Hoc facite ad  
mei recordationem*; cōtra autem ea, quæ adfert  
Censor & poscit eiusdē propositionis exposi-  
tione verbulo quidē vllō in vniuersa Scriptu-  
ra attingitur. Dictum enim illud 1. Corin. 10.  
quod Censor allegat, maximè & præcipuè  
contra ipsum facit. Paulus enim non de cor-  
porali vlla manducatione vel distributione,  
sed de tali Christi communionē loquitur,  
per quam credentes fiunt vnum in Christo  
cor-



corpus, & quæ nemini, qui in Diabolorum fit communionem, contingere possit.

Non admittit quoque Censor hic collationem & similitudinem propositionum de Cœna Domini & de Baptismo. Sed hæc ipsa solidè verèque & irrefutabiliter sequitur non tantum, ut iam ostensum est, ex Christi & Paulli explicatione, verum etiam ex certissima hæc verissimamque, plurimisque Sacræ Scripturæ exemplis & veterum scriptorum testimonijs stabilita, & in hunc usque diem à nemine refutata Regula, quod nimirum in omnibus Sacramentis visibilia symbola, Sacramentaliter, hoc est, non propter corporalem præsentiam vel sumtionem, sed propter significationem & certificationem, inuisibiliû bonorum & beneficiorum Dei nomine appellantur. Quod enim ait Censor, Baptismum idè appellari peccatorum abluionem, quod eam nõ significet tantum, verum etiam offerat & distribuat, pro eo sanè maximas Censori huic habemus & agimus gratias. Nihil enim postulamus à Censore aliud nec amplius, nisi ut fateatur, communionem corporis Christi per sumtionem panis ita offerri & distribui, ut ipse loquitur, quemadmodum Remissio peccatorum offertur & distribuitur per Baptismum: nisi fortè dicere etiam audeat, Remissionem peccatorum etiam corporaliter, atque adeo impijs quoque distribui

Sicut Baptismus est abluio peccatorum: sic panis est corpus Christi.

RESPONSIO AD  
Censuram XIII.

*De Christiana pœnitentia, eiusque  
partibus.*

Quæstione 88. 89. & 90. pag. 160. & 162.

Quæstio, Quot partibus constat conuersio ho-  
minis ad Deum? & sequentes de Pœnitentia  
quæstiones idè reprehenduntur, quòd ex-  
pressam Fidei mentionem non faciant, cùm  
absque Fide, nulla esse queat vera Pœnitentia.

*Responsio.*

Nobis equidem non libet, nec est animus,  
cum quoquam λογισμαρχεῖν: sed profectò, si  
propriè loqui velimus, Causæ & Partes rei  
alicuius non sunt vnum idèmq;. Cùm itaq;  
hîc non quærat, vnde Conuersio ad Deum  
in cordibus hominum existat & oriatur, sed  
quibus ea constet partibus, hoc est, quid sit  
ipsa Conuersio: meritò quoque in responsio-  
ne fit mentio nō causæ, sed Mortificationis  
veteris hominis, & Viuificationis noui ho-  
minis, quæ duæ partes totam Christianam  
pœnitentiam complectuntur, & ex vera fide  
promanant, quod ipsum etiam ipsa Censura  
fatetur, idèmq; allegatæ ab ea auctoritates  
testantur & euincunt, *Iustificati fide pacem ha-  
bemus, item, Iustus sua fide vivet.* Cùm enim  
hæc

hæc & similia dicta doceant, Pacem conscientiae, & viuificationem esse fructum fidei: perspicuum est & manifestum, his dictis fidem à fructu suo non quidem distrahi & diuelli, sed tamen discerni & distingui, sicut etiam in illis testimonijs, quæ Censor allegat: *Pœnitentiam agite, & credite Euangelio.* item, *Annuntiaui vobis conuersionem ad Deum, & fidem in Christum,* Pœnitentia & Fides coniunguntur, & discernuntur. Quòd autem Pœnitentia non nisi ex vera fide fieri possit, & necessariò ex ea oriatur, docet Catechismus nò hic tantùm, vbi ait, Viuificationem noui hominis esse veram seriamq; & ardentem lætitiã in Deo per Christum, verùm etiam idem docuit iam antè, vbi dixit, idè nos bona opera facere debere, vt de fide nostra ex fructibus suis certissimus.

R E S P O N S I O A D  
Censuram. XV.

*De Prohibitione imaginum,*

*Quæst. 97. pag. 182.*

**I**N explicacione decem præceptorum reprehendit Censor hanc doctrinam, quòd Deus nulli ratione effringendus sit & repræsentandus, cõtenditq; hoc non esse prohibitum in allegatis testimonijs, Deut. 4. Esa. 40. Rom. 1. Act. 17. (hoc enim dictum Catechismus adducit, *Non debemus existimare, auro aut*

argento, aut lapidi, sculptili artificij aut commem-  
 rationis hominum, numen esse simile; non autem,  
 7. Actor. caput, quod Censura citat) & ratio-  
 nem adfert hanc, quod hæc dicta tantum  
 prohibeant, ne imagines colamus & ne co-  
 gitemus & putemus, Deum similem esse ima-  
 ginibus.

*Responsio.*

Deus nec  
 potest, nec  
 debet ima-  
 gine vlla  
 efingi.

Commemorata iam scripturæ testimo-  
 nia prohibent non tantum imaginum cul-  
 tum, verum etiam omnem ab hominibus, vlla-  
 ue alia creatura excogitatum Dei imaginem  
 & vel representationem, siue ea fiat cogita-  
 tione, siue verbis, siue imaginibus. cum hæc nul-  
 lam prorsus Dei habeant similitudinem, ide-  
 oque non sine imminutione Maiestatis diuinæ,  
 nomē Dei, vel imaginis alicuius gerant. Quia  
 enim nulla prorsus in parte Deitas similis  
 est imaginibus, sequitur, tam non debere eam  
 sic fingi aut pingi, quam non debet de ea fal-  
 sum quidquam dici.

Nullæ ido-  
 lolatricæ  
 imagines  
 faciendæ.

In Quæstione, An nulla ergo prorsus fingen-  
 de sunt imagines aut simulacra? contendit Cen-  
 sura, testimonia Exod. 23. Num. 33. Deute. 7.  
 2. Reg. 18. ethnica tantum & Iudaica simu-  
 lacra prohibere & abolere. Cur verò iisdem  
 testimonijs Papistica quoque simulacra non  
 prohibeantur, & è medio tollenda sint,  
 nullam adfert rationem, nec verò vlla vn-  
 quam poterit reperiri & adferri. Tam enim  
 hoc



hoc tempore, quàm olim, iubet Deus è medio tolli simulacra illa, quæ ne fierent, prohibuit. Cum ergo nõ minùs, Christi & sanctorum imagines ad idololatriam fingi pingiue, quàm aliarum creaturarum, hominumue figmenta prohibuerit, certè vult quoque, vt pari ratione hæ etiam, postquàm à nobis vel alijs ad cultum idololatriæ factæ, vel ad eum tractæ & vsurpatæ sunt, rursùs aboleantur & è medio auferantur.

R E S P O N S I O A D  
Censuram. XVI.

*An imagines, vt Laicorum libri, in  
templis tolerari possint?*

Quæstione 98. pag. 184.

In quæstione: *An imagines, vt Laicorum libri, in templis tolerari possint?* reprehenditur huius negatio, vt quæ ex dictis Ierem. 10. Habac. 2. 2. Pet. 1. 2. Timoth. 3. nequaquam sequatur. Ad hæc pro retinendis stabiliendisq; his Laicorum libris, hoc tanquam idonea probatio profertur, quòd velit Deus ex creaturis suis agnosci, quòdque prohibitio imaginum Iudæos tantùm obliget, sicut mandatum de Obseruatione septimi diei.

*Responsio.*

Duas complectitur quæstio hæc partes, prior est, *An Christi & sanctorum imagines in*

Imagines  
non sunt  
libri Laico-  
rum.

*templis sint retinenda, altera, An ob hanc causam  
in templis sint retinenda, quod sint libri Laicorum.*  
Negatur pars utraque. Abolendas esse & è  
medio tollendas imagines, quæ in templis  
sunt, & his similes, efficitur ex præcedenti  
quæstione, cum palàm constet, in quam scæ-  
dum ac pudendum, quàmque monstruosum  
cultum idololatricum prolapsæ ex sint. Quod  
autem hæc ratio, qua dicitur, esse eas Laico-  
rum libros, minimè idonea sit & sufficiens ad  
earum in templis retentionem, demonstra-  
tur in hac responsione, & ad eam allegatis scri-  
pturæ testimonijs. Primum enim, quod ad  
Dei ipsius imagines attinet, hæc ratio, seu po-  
situs color ac prætextus, nullius est ad eas tu-  
endas ponderis & momenti. Cum enim hæc  
nullam habeant cum Deo similitudinem,  
certè nihil nos de ipso, nisi mendacium, do-  
cere possunt, De his ait Ieremias & Habacuc,  
non posse eas non verbis tantum, cum sint  
mutæ, verum etiam ne vlla quidem similitu-  
dine, quidquam nos, nisi mendacium & fal-  
sitate de Deo docere. Id autem verum esse, lu-  
ce meridiana est clarius, idemque experientia  
quotidiana in iunioribus, & simplici rudi-  
que plebecula, nimis manifestè testatur.

2. Aliæ verò imagines, sanctorum videlicet, &  
historiarum picturæ, etsi facere eas & habere  
liceat, ut in præcedenti quæstione expositum  
est, nec quiquam negat, esse eas posse com-  
mone-

monestacionem quandem de rei alicuius gesta historia: tamen, cum plurimum mali & detrimenti ex ijs exortum sit, ex templis, sed ordinario & legitimo modo, sunt tollendæ.

Quòd si quis hîc contrâ instet & vrgeat, debere aut posse saltem, in templis retineri imagines has propter hanc utilitatem, quòd ijs doceantur & erudiantur Laici: is sibi hoc habeat responsum ex allegatis & alij similibus dictis, Deum nusquam hoc præcepisse, sed velle, vt ecclesia sua, quotiescunque ea conuenit, erudiatur per ministerium Evangelij, quod profectò ad Laicorum institutionem & informationem abundè sufficit, ita vt ecclesia prorsùs non indigeat Papisticis illis Laicorum libris.

Simili quoque modo proposuit nobis Deus cœlum & terram, omnesque suas creaturas, vt ex ijs omnipotentiam suam, sapientiam & bonitatem agnoscamus & meditemur ac expendamus. Hoc verò tantum abest, vt quidquam adferat patrocinij ac coloris simulacris his, quod hic Censor imperitè & importunè contendit, vt etiam ea, tanquam minimè necessaria, è medio auferat. Quare nequaquam Iudaizat Catechismus noster, vt Censor hic fingit, cùm mandatum Dei de imaginum in abusum tractarum, omniumque humanorum commentorum, quæ vllam idololatriæ & Scandalorum præbuerunt oc-

caſionem, abolitione & remotione, non ſu-  
 dais tantùm, ſicut mandatum de die ſepti-  
 mo, datum, nunc autem abrogatum ſit, ve-  
 rùm omnes à primo mundi principio uſque  
 ad euſdem finem obligat & adſtringat. Con-  
 trà verò illi, qui non neceſſarias has, & quæ  
 in maximum eccleſiæ detrimentum ceſſe-  
 runt, ideò à Deo reiecta, & prohibitas ima-  
 gines, in templis, vt Laicorum ſint libri, reti-  
 nere & fouere ſtudent: cerebri ſui ſapientiam  
 & figmenta antepoſcentes Sapientiæ diuinæ,  
 Papiſticam idololatriam, quantũ in iſtis eſt,  
 confirmant ac ſtabiliunt & tuentur ac reti-  
 nent, & eo ipſo voluntati diuinæ repugnant,  
 Deũque petulanter ſcientes & volentes tẽ-  
 tant & ad iram irritant. Atque de his nunc  
 quidem hanc dixiſſe ſatis eſſe exiſtimamus,  
 cùm alibi copioſius de his ipſis plenius ſit di-  
 ſputatum.

R E S P O N S I O A D  
 Cenſuram XVII.

*An licitum ſit, etiam per ſanctos, aut  
 alias creaturas iurare?*

Quæſtione 102. pag. 191.

**N**Eciam expoſitis ſuis reprehentionibus  
 contentus hic Cenſor, hoc quoque dogma  
 reprehendit, non per Sanctos, aliã ſue creaturam,  
 ſed tantùm per vnicum verum Deum eſſe iurandum.  
 Hoc



Hoc autem ipso suam insignem vel imperitiam ac importunitatem, vel petulantiam & malitiam testatam ipse facit ac prodit. Ingens enim est discrimen inter Iuramentum, & aliam aliquam simplicem affirmationem aut testificationem. Atque hæc est causa, cur, ne scilicet quisquam hic in errorem vllum induceretur, expressè & disertim, tanquam basis ac fundamentum huius in Catechismo responsionis, posita sit Iuramenti definitio, & ex Pauli dicto 2. Cor. 1. desumpta & extructa, quod quidem dictum non, velut Mandatum, vel Prohibitio, sed velut exemplum Iuramenti, allegatur, ex quo clarè & perspicuè intelligi possit, quid sit Iuramentum. Si ergo vult & contendit Censor hic, etiam Sanctos, vel quascunque alias creaturas, tanquam Cordium scrutatores, & Omnipotentes periurij iudices, Veritatis testes citari & inuocari debere, cur non rectè & palàm transit in Pontificis Romani castra & sententiam? Stat ergo adhuc fixum, dicta Matth. 5. & Iacob. 5. quibus Iuramenta per creaturas facta, prohibentur, rectè & appositè esse allegata.

Duplici enim ratione citantur & appellantur Creaturæ in Iuramentis, Primum ita, vt pereas Deus ipse intelligatur & inuocetur, exempli gratia, cum quis per Animam suam iurat. Tunc enim ita

Qua ratio ne Creaturæ in Iuramentis nominentur.

hoc

hoc accipitur, precari ipsum, vt Deus animam ipsius puniat, si falsum dixerit. Hoc modo iurabant Iudæi per Templum, per Ierosolymam &c. hoc est, quàm verè & certò hoc templum erat templum Dei, & hæc ciuitas, ciuitas Dei, ideòq; nisi Deus periurium hoc puniret & vindicaret, non debere ipsum haberi & coli pro huius Templi & huius ciuitatis Deo. Huiusmodi Iuramenta tam præstantur & iurantur per Deum, & tam sunt peccata, si falsò & temerè ac leuiter fiant, quàm si in illis expressa nominis Dei mentio esset adhibita.

Secundò, appellantur in Iuramentis creaturæ ita, vt per eas Iuraméta præstantur, & inuocatio ac honos, qui soli & vnico vero Deo debetur, creaturis tribuatur, vt, cùm in Papatu iuratur per Deum & omnes sanctos, hoc est, cùm Sancti, vt inspectores cordiũ nostrorum, & nostrarũ cogitationum testes, & periuriorum iudices ac vindices inuocantur. Itaque prior modus, eodem modo, quo is, qui per Dei nomen fit: posterior autem hic in adductis Scripturæ testimonijs prorsus & in totum prohibitus est. Ac ad refutandam idololatricam hanc Iuramentorum impietatem, & ad comonefaciendos erudiendosque simpliciores & imperitiores, quanti momentum, quàmq; grauis & ardua res sit Iuramentum, posita est hæc in Catechismo quæstio.

Quòd

Quòd autem Censor hic ait, à Catechismo reprehendi & accusari Iosephum, Dauidem, & alios Sanctos homines, qui per creaturas iurarunt, ad id responsum habeat sibi hoc pri- mum: hoc ipso, etiam si daretur, id ita esse, nequaquam Catechismi hanc doctrinam la- befactari aut euerti. Nam Sancti etiam, non in hoc tantum, verum etiam in nonnullis al- ijs rebus interdum errarunt & lapsi sunt, & humani quid sunt passi, id eòque non ex ipso- rum factis vel exemplis, sed ex mandatis Dei, iudiciu & sententia est referenda, quid rectè, quid secùs fiat. Et profectò, cum vero non sit dissimile, Aegyptios, more aliarum gentium ac nationum, per vitam Pharaonis iurantes, plus æquo Regibus suis tribuisse & adulatos esse: nequaquam adeò atrox & enorme fue- rit flagitium, & mortale peccatum, vt con- tendit Censor, si quis non probet Iosephi fa- ctum, hanc Aegyptiorum iuramentorum consuetudinem modumque interdum imi- tantis & vsurpantis. Sed nihil est necesse hac vti responsione, cum Censor nondum demonstrauerit, Iosephum tunc, cum dixit, *Quam verè viuit Pharao*, eo ipso iurasse. Hæc e- nim & similes loquendi formulæ, veritatem eius, quod dicitur, non iuramento aliquo, sed tantum certè alicuius & sine vlla dubitatione veræ rei exemplo stabiliunt & confirmant.

R E S P O N S I O A D  
Censuram XVIII.

*Quòd Deus gratiam suam & Spiritum  
Sanctum, ijs tantum largiri ve-  
lit, qui hac ab eo pe-  
tunt,*

Quæst. 116. pag. 219.

**P**ostremò putat rursùm Censor hic, tene-  
ri à se faucibus manifestò constrictum  
Catechismum, in quæstione, *Quare Christianis  
necessaria est precatio?* eò quòd ad hanc quæ-  
stionem respondeat Catechismus, *Deum illis  
tantum suam gratiam & Spiritum Sanctum lar-  
giri, qui veris gemitibus, continenter hac ab eo pe-  
tunt, & pro ijs ipsi gratias agunt.* Atq; Censor,  
Catechismum dictis Mat. 7. Luc. 11. Mar. 13.  
aliquid de suo addidisse, videlicet particulam  
exclusivam *Tantum*. Adducit item contra  
Catechismum hæc dicta; *Donavit nobis Deus  
filium suum, cum adhuc hostes Dei essemus, item,  
Inventus sum à non quærentibus; profert quoque  
Matthæi publicani, & Paulli persecutoris ec-  
clesiæ exempla, item, Spiritus sanctus efficit, ut  
precari possimus.*

*Responsio.*

Spiritus Sancti gratia retine- Si Sancti Spiritus gratia & auxiliū in prin-  
cipio tantum Conuersionis hominibus esse  
necessarium & conferretur, aut, si Catechi-  
smus



smus quæreret, *Cur precatio etiam non Christianis & non conuersis esset necessaria, simulq; doceret, posse nos precari, priusquam nobis Spiritus Sanctus cōferatur: tum habere aliquid cō-*  
*loris hęc Censoris accusatio & obiectio videri posset: iam verò hoc quærit Catechismus: Cur illis, qui iam antè sunt Christiani, & ad Deum conuersi, precatio sit necessaria. Hinc certè licet perspicuè intelligere, Responzionem, quæ ad hanc quæstionè adfertur, loqui de ea Spiritus S. gratia, quam nobis post cōuersionem, toto vitæ nostrę curriculo, quotidie magis magisq; dari & conferri oportet, si modò cōstantes in ea perdurare & proficere, & tandem salui fieri velimus & debeamus. Atq; hoc ipsum ex eo etiam manifestissimū euadit, quòd Catechismus affirmat, ijs tantum hęc dari, qui pro ijs Deo agūt gratias. Si enim tenetur Deo pro ea agere gratias, sequitur necessariò, eos illà iam antè accepisse. Et de hac Gratia donatione, quæ in Cōuersis perpetuò durat & augetur, ait Catechismus, Deum illam ijs tantum largiri, qui eam à Deo ueris gemitibus continenter petunt, eique pro adeptà iam antè gratia agūt gratias. Hoc Censorè hunc adeò malè habet, vt propemodū metuere videatur, ne, si particula hęc exclusiua Tantum, valeat & retineatur, ipse quoq; excludatur à gratia Dei, & salute eterna: ideòq; cupere & optare, vt ij quoq; qui Gratiam Dei nō magnoperè sitiūt & expetunt, nec magne*  
 tur & augetur per solam precationem.

tenentur studio & desiderio gratos se Deo exhibendi & præstandi, veri & germani Christiani, & Gratia Dei participes esse possint. Fatentur enim omnes pij, Deum, Spiritus sui gratiam, efficientis in adepta gratia constantiam & perseverantiam, non contemptibus & in carnalem securitatem ac profanitatem demersis, & tantum non sepultis, sed ijs, qui gratiam hanc veris & serijs gemitibus experunt & quærunt, largiri & donare velle: immò, quod est amplius, experiuntur & deprehendunt in animis suis ipsi, nullam ibi esse veram & Christianam poenitentiam, nullam fidem, nullam peccatorum remissionem, ubicunq; hoc Gratia Dei serium desiderium præstò non est. Hinc est, quòd Christus quoque Spiritum suum Sanctum & omnia bona promittit quidem, sed ijs, qui hæc petunt. At ut maxime exclusiva hæc in his dictis expressè & disertis verbis non non adiungatur, intelligitur tamen in his ipsis ex oppositione. In hoc autem dicto, *Orate & vigilate, ne in tentationem incidatis*, hæc ipsa exclusiva abundè satis comprehenditur. Cùm enim hoc dicto Dominus doceat, Orandum nobis & vigilandum esse, si in tentationem non incidere cupiamus: quiuis profectò intelligit & videt, nisi spontè desipere & cæcutire velit, eos tantum debere securos esse, qui orant & vigilant. Nullam ergo iustam & idoneam habuit hic Censor caus-

causam, cur hoc Scripturæ dictum: *Ne addas verbo eius &c.* tam superbè & contumeliosè ad Catechismum traheret & accommodaret. Vt autem multò etiam manifestius, atque ad Sole meridiano fiat clarius & illustrius, quis verbo Dei quidquam vel addat, vel adimat: monemus Censorem hunc, vt diligenter inquirat, atque oculos circumferat, anne exclusiuam hanc inuenire & deprehendere possit in hisce sequentibus testimonijs: *Matth. 13. Habenti dabitur; à non habente, etiam, quod habet, auferetur. Matth. 17. Hoc genus non eijcitur, nisi in ieiunio & precatione. 2. Timoth. 2. Etiam si quis certet, non coronatur, nisi legitimè certauerit. Iacob. 4. Pugnat is & bellatis, nec tamen obtinetis, propterea quòd non petitis; petitis, & non accipitis, eò quòd malè petatis. &c.*

Hæc est prima ad Censuræ huius accusationem & obiectionem responsio: ex qua quidem facile est & cuius proclive videre & perspicere, exempla & testimonia Scripturæ, quibus docetur, Deum suo Spiritu ex hostibus nos sibi amicos facere, & Deum ipsum esse, qui & Precationem, & totam ad Deum conuersionem primus inchoet, nequaquam pugnare cum hac doctrina, qua dicimus, Deum hoc in nobis iam inchoatum opus non aliter velle in nobis continuare & absoluere, quàm vt nos id ab eo petamus, & pro eo erga ipsum simus grati.

Gratia  
Spiritus  
sancti, &  
desideriū  
eiusdem  
gratiæ si-  
mul acci-  
piuntur.

Secundò, vt maximè libeat loqui de prin-  
cipio Conuersionis & Operationis Spiritus  
Sancti in nobis: non tamen exclusiua perpe-  
ràm hinc esset vsurpata. Deus enim gratiam  
Spiritus sui nobis largitur ita, vt quidem i-  
psū oporteat efficere eius in nobis princi-  
pium: sed tamen, cum primū sit hoc prin-  
cipium, nos nequaquam in carnali securita-  
te perseueremus, sed simul ad veram Dei in-  
uocationem excitemur & impellamur: quin-  
immò hi ipsi serij gemitus & desiderium  
serium ac quasi sitis iustitiæ est ipsū conuer-  
sionis nostræ principium. Acque hunc Ope-  
rationis Spiritus Dei modum plurima Scri-  
pturæ loca exprimunt, de que eo testantur, vt  
Esaï. 66: *Ad quem respiciam, nisi ad pauperem &  
constritum spiritu, & trementem sermones meos.*  
Roman. 8. *Spiritus interpellat pro nobis, gemitu-  
bus ineffabilibus.* Gal. 4. *Misit Deus Spiritum filij  
sui in corda vestra clamantē Abba pater. &c.* Con-  
stat ergo, nulli homini gratiam hanc contin-  
gere sine serio & ardenti eiusdem desiderio,  
quod desiderium gratia illa quam primū  
secum fert & excitat, nec vlli hunc adoptio-  
nis filiorum Spiritum donari, nisi qui ipsum  
desiderat & petit, non, antequàm illum acci-  
piat, quod Censor hic malitiosè & contra su-  
am ipsius conscientiam Catechismo tribuit  
& de suo affligit, sed eo ipso temporis articu-  
lo, quo hunc Spiritum accipit. Liqueat igitur  
ex



ex his, dogma hoc, nos gratiam Sancti Spiritus per precationem impetrare & consequi, eodem prorsus modo & sensu esse accipiendum, quo accipitur hoc Paulli dictum, *Vt promissionem Spiritus accipiamus per fidem*, cum tamen necesse sit, vt Spiritus Sanctus fidem efficiat & operetur,

Exclusiua ergo hæc, neminem saluificantis gratiæ Dei participem fieri sine seruo & ardenti eiusdem gratiæ desiderio, stat & facillè sine vllò labefactationis aut euersionis metu, deinceps immota & inuicta stabit, ac si quis eam expungere & delere conetur, is necesse habebit, eadem opera aut vniuersam doctrinam Christianam de Salute nostra æterna, aut se ipsum, ex libro vitæ expungere & delere.

Quare satis iam Censura hæc de allegatis in Catechismo, Scripturæ testimonijs, refutata iacet, demonstratumque est, etiã plures & in nonnullis locis commodiores etiam fortasse & magis idoneæ reperiri & adferri possint Scripturæ auctoritates siue allegationes, tamen has ipsas quoque, quas Catechismus vsurpauit, neq; insufficientes, neq; impertinentes, neq; temerè & sine iudicio coarctatas & inter se confusas esse: multò autem minùs, eas cum Anabaptistarum, Schuenckfeldianorum, Arii, Manetis, aliorumq; hære-

Conclusio.

ticorum, Pharifæorum item & Iudæorum, atque adeò cum ipfiusmet Diaboli allegationibus, quod Censor hic, priusquam probare hoc aggrediatur, longo & prolixo proœmio contendit, effe comparandas.

Contrà verò Censura hæc in falsa hac fua allegatorum testimoniorum refutatione, eadem agit fide & candore, quo vfa est in fine eiusdem, vbi putat speratque, à se nos atroci quadam & horrenda Serueticâ deprauatione & Scripturæ corruptela percelli & accusari ac conuinci posse, quali nos scripserimus, à Caluino primo, dictū illud, *Ponam inimicitias inter semen tuum & semen mulieris &c.* iuxta rō <sup>in rōd,</sup> de odio & inimicitijs, quæ Serpenti cum homine intercedunt, effe expositum: sed nullo ne minimo quidem verbulo mentionem faciteius, quod Calvinus eo ipso loco prolixè & copiosè addit iam dictis, de Diaboli ingenus humanum odio, deque Ecclesiæ per Christum contra Diabolum victoria.

*Responsio ad Quaestiones,*  
**ET HIS ALIAE**  
*vicissim oppositae Quaestiones,*  
*de Cena Domini,*

*Scripta à*

**D. ZACHARIA VR-**  
**sino, Vratislaviensi, anno**

1564.

*Quaestio prima;*

**R**ectiusne sit & tutius homini Christia-  
 no, vt Deo, eiusdemque claris ac perspi-  
 cuis verbis, an vt hominibus verbum Dei  
 pro humanae rationis prudentia & iudicio in-  
 terpretantibus, credat?

*Responsio.*

Nullum profectò est dubium, quin omnes  
 & singuli Christiani teneantur, non homini-  
 bus verbum Dei pro humanae rationis pru-  
 dentia & iudicio, interpretantibus, sed verbo  
 Dei, ita vt Deus ipse illud protulit & inter-  
 pretatus est, credere.

*Sed iam queritur;*

An hæc oratio, Corpus Christi est essentia-  
 liter I N vel S V B pane, &, sanguis Christi

Cc 3 est.

est essentialiter IN vel SVB vino, sit clarum  
& perspicuum Dei verbum, an verò hominũ  
glossa & interpretatio?

*Questio secunda;*

Anne quis etiam debeat aut necesse habeat,  
Dei præceptum & mādatum, aliter, quàm  
verba ipsa sonant, videlicet figuratiuè intelli-  
gere & interpretari?

*Responsio.*

August.  
de Doctrina  
Christiana li. 3.  
cap. 16.

Quando verba præcepti & mandati diuini  
nihil dilectioni Dei vel proximi, hoc est, Ar-  
ticulis fidei, & decem Dei præceptis contras-  
tium continent, tum ita, vt sonant, sunt acci-  
pienda: quòd si verò, ita intellecta, in Artic-  
ulos fidei, aut Decalogum impingant: tum di-  
scedendum est à τῶν ἑνὸν τῶν, ad διαφορὰν & inter-  
pretationem verborum illam, quæ alibi in  
verbo Dei tradita est & explicata, vt Deut. 10:  
Circumcidite præputium cordis vestri. Matth. 5.  
& Marci. 9. Quòd si oculus tuus dexter facit, vt tu  
offendas, erue eum, & abijce abs te: quòd si manu  
tua, vel pes tuus facit, vt tu offendas, abscinde ea, &  
abijce abs te. Actor. 22; Ablue peccata tua. Iohan.  
6; Amen Amen dico vobis, nisi ederitis carnem filij  
hominis, & biberitis eius sanguinem, non habetis vi-  
tam in vobis.

*Sed queritur;*

Quænam præcepti & mandati Dei verba  
ita



ita sonent, Essentialem, naturalem Christi carnem IN pane, & essentialem ipsius & naturalem sanguinem IN vino, ore corporis esse edendum & bibendum?

*Quæstio III.*

Cùm ergo Iudaicum præceptum & mandatum de Paschali agno Veteris testamenti, qui tamen typus fuit & figura, non figuratiuè, sed *κατὰ τὸ πῦρον*, &, vt ipsa verba sonant, intelligendum sit: quæ de causa, Cœnæ Domini verba, quæ sunt præceptum & mandatum Noui testamenti, figuratiuè intelligenda & interpretanda sint, & non simpliciter *κατὰ τὸ πῦρον*, vt ipsa verba sonant, sicut Iudæorum Cœnæ?

*Responsio.*

O vtinam omnes sese intra huius regulæ metas continerent, ex qua sibi præsidium & auxilium hæc quæstio querere velle videtur, videlicet, *Verba Scripturae de Vetere & Noua Cœna, esse eodem modo intelligenda.* Hoc si fieret, jam pridem omnis dissensio & lis decisa esset & composita. Quemadmodum enim Iudæi credentes, duplicem Agnum Paschalem, visibilem, quem quotannis mactabant, corporaliter, & inuisibilem, qui mactandus erat, Spiritualiter edebant: ita nos quoque duplicem comedimus panem, visibilem, quem quotidie fragimus, corporaliter, & inuisibile, qui semel in cruce pro nobis fractus est, spiritualiter.

Ac sicut Scriptura Agnum siue Maſtationem & manducationem Agni vocat Transi- tum Dei prætereuntis & non perdentis in Aegypto Israelitas, & in toto genere huma- no credentes, hancque addit declarationem, Agnum hunc esse debere *μνημόσυνον* huius transitus, siue huius Dei clementiæ & mise- ricordiæ: ita quoque Christus hunc ipsum visibilem naturalem panem, quem frangi- mus, & corporaliter edimus, & hoc natura- le vinum, quod corporaliter bibimus, vocat suum corpus & sanguinem, quod pro nobis traditum, & qui pro nobis est effusus, hancq; suæ huius orationis addit interpretationem, & causam, videlicet, debere nos hunc panem comedere, & vinum hoc bibere ad certam re- cordationem, corpus suum in cruce pro no- bis fractum, & sanguinem suum esse effusum in remissionem nostrorum peccatorum, nôs- que huius ipsius consequi communionem, ita vt nos cum ipso, vt corporis sui membra, vniamur. Non dubium est igitur, quin, sicut manducatio Agni Paschalis visibilis, in vete- re Testamento, *κατὰ τὸ ῥητόν* & corporaliter, inuisibilis autem agni, Christi scilicet, man- ducatio figuratè & Spiritualiter erat intelli- genda, idque ita poscentibus & euincensibus Articulis fidei, natura ac proprietate omni- um Sacramentorum, atque aded propria Scripturæ ipsius declaratione: ad eundem quo-

quoque modum, & propter easdem causas, manducatio panis visibilis, in nouo testamento, κατὰ τὸ φητὸν & corporaliter, inuisibilis autem panis, nimirum Christi, manducatio, figuratè sit & spiritualiter accipienda.

*Queritur itaque;*

An manducatio carnis Christi, siue in vetere, siue in Nouo Testamento, ideò literaliter seu κατὰ τὸ φητὸν & corporaliter sit intelligenda, quia in vetere testamento Manducationem Agni, in nouo Manducationem panis, iuxta τὸ φητὸν & corporaliter intelligi oporteat? Vel, An ideò adpersio sanguinis Christi in vetere vel nouo Testamento, necessariò sit iuxta τὸ φητὸν & corporaliter intelligenda, quòd Adpersionem sanguinis taurorum & hircorum in vetere, & Adpersionem aquæ Baptismi in nouo Testamento, iuxta τὸ φητὸν & corporaliter intelligi oporteat?

*Questio III.*

Ac quia Parabolæ & similitudines, quibus Christus vititur, ita explicantur, vt figuratè eas accipi oporteat, ane etiam hanc ipsam ob causam directum ac perspicuū & expressum Christi in nouo testamento præceptum & mandatum, figuratiuè & aliter, quàm Cœnæ Domini verba sonant, intelligendum sit & interpretandum?

## Responsio.

Nihil equidem necesse est, vt mandatum Christi, iubentis nos carnem suã edere, ideò explicetur figuratiuè & spiritualiter, quia Parabolæ figuratè & non κατὰ τὸ φητόν intelliguntur: sed ideò sic hoc mandatum est intelligendum, quia Articuli fidei de vera & naturali Humanitate, & Christi in cœlos Ascensione, de que sanctorum cum Christo cõmunionem, quæ & ante & post Cœnam non corporalis est, sed spiritualis, non aliter illud intelligi & explicari patiuntur. Idem postulat & flagitat natura & proprietates omnium Sacramentorum, in quibus inuisibilia Dei dona, non nisi spiritualiter, visibilia autem symbola corporaliter, ad ipsorum illorum donorum confirmationem & augmentum accipiuntur, ideòq; sæpè etiam eorundem gerunt nomina: adhæc Christi ipsius declaratio, qui nunquàm aliam vllam, nisi spiritualem, carnis & sanguinis sui manducationem & fruitionem docuit: S. Lucas item, qui Cœnam Domini, Nouum testamentum, non in corporaliter hausto, sed in effuso in remissionem peccatorum sanguine Christi, ideòq; non corporalem aliquam, sed spiritualem sumtionem & fruitionem: S. quoq; Paulus, qui Cœnam, communionem corporis & sanguinis Christi vocat, quæ communio est vnum cum Christo fieri corpus, nec vllomodo



do cum Diabolorum communione confiteri potest.

*Quaritur ergo;*

Cur, propter iam dictas causas, fructione corporis & sanguinis Christi non aq̄ oporteat figuratè & spiritualiter intelligi, atque in alijs Sacramentis, Circumcisionem cordis, Adspersionem sanguinis & Spiritus Christi? Vel, Vbinam in Sacris literis exstat directum hoc & expressum Christi mandatum, vt essentialem suam & naturalè carnem & sanguinem per os in corpora nostra accipiamus?

*Quaestio V.*

An hæc sufficiens sit & idonea causa, cur verba Domini nostri Iesu Christi in coena figuratiuè sint interpretanda, quòd verba hæc in Philosophia, & rationis humanæ iudicio esse videantur impossibilia, nec vllò modo cum humana sapientia cògruere, nimirum, quòd Christi corpus in cœlis existens, simul quoque infrà in his terris sit in pane, & ab hominibus comedatur?

*Responsio.*

Si vnquam affirmasset Christus, corpus suum vel ante, vel post suam in cœlos Ascensionè esse IN pane & corporaliter comedi: aequū profectò esset, & cum primis necessarium,

farium, vt nulla vel Philosophia, vel humana ratio & sapientia tantum apud nos valeret, vt eam non prorsus mandato Dei postponeremus, Christi que verbis & affirmationi fidem adhiberemus: sed non Philosophia tantum, & ratio humana, verum etiam fundamentum Catholicæ nostræ fidei Christianæ, vniuersaque scriptura de Christo, de Christi cum sanctis communione, de ipsius Sacramentis, doctrinæ huic è diametro aduersantur & repugnant.

*Queritur itaque hic rursùm;*

Vbi Christus vnquam hæc in Cœna verba protulerit, corpus suum **IN** pane esse, & corporaliter comedi, siue tunc, cum humanis adhuc infirmitatibus obnoxius, & cum mortis terroribus cõflictatus in ipsa institutione Cœnæ, inter discipulos suos ad mensam accumberet, siue postquàm in cœlos ascendisset?

*Quæstio VI.*

Proferant ergo, si possunt, vel vnicum Dei Christiue, siue ex vetere, siue ex nouo Testamento præceptum aut mandatum, quod figuratiuè intelligatur. Non possunt. Cùm itaque omnia Dei præcepta & mandata necessariò debeant literaliter & κατὰ τὸ φησὶν intelligi, quid, quæso, mali admisit solum hoc & vnicum Domini nostri Iesu Christi mandatum

datum, vt præter & contra aliorum mandatorum morem necesse habeat glossa aliqua explicari, idque aliter, quàm verba ipsa sonant, & τὸ ῥητὸν postulat & exigit?

*Responsio.*

Plurima profectò, eaque valdè seria & seuerà in vtroq; Testamento exstant mandata, quæ nullo prorsùs modo κατὰ τὸ ῥητὸν intelligi possunt, quorum iam antè exempla sunt adducta, quibus etiam vniuersa Scriptura sacra abundat, cuiusmodi sunt hæc, Ioelis 2. *Scindite corda vestra.* Esai. 1. *Lauate vos, mundi estote.* Ierem. 4. *Arate vobis aruum, & ne feratis super spinas.* Matth. 7. *Ne detis, quod sanctum est, canibus, nec abieceritis margaritas vestras coràm porcis.* Ioh. 21. *Pasce agnos meos.* &c. Est itaque hæc noua ac inaudita & admodùm infirmo innixa fundamento regula, Deum in suis mandatis nunquam figuratè, sed semper loqui literaliter. Sed vt maximè res ita haberet, quod tamen nullo modo ita est,

*Manet tamen adhuc semper hæc quaestio;*

Vbinam hoc Domini nostri Iesu Christi mandatum inueniatur scriptum, quo iubeat, vt essentialem suam & naturalem carnem & sanguinem *IN pane & vino latentem, corporaliter per os in corpora nostra accipiamus?* Quòd enim Christus naturalem & visibilem panem,

panem, quem nos frangimus, appellauerit suum corpus, & iusserit, vt nos hunc ipsum panem ad certam sui pro nobis traditi corporis recordationem corporaliter & oraliter edamus: quòd item S. Paulus hunc ipsum panem, vt testimonium & probationem spiritualis communionis corporis Christi adduxerit, id in verbo Dei expressum inuenimus: quòd autem Christus dixerit, *IN* vel *SUB* hoc pane corpus suum essentialiter latere, & vnà cum hoc pane corporaliter per os in corpora nostra ingredi: vel etiam, quòd hæc verborum Christi glossa & interpretatio sit vera & idonea, hoc adhuc illis, qui id affirmant, ex verbo Dei demonstrandum restat.

CAPL





CAPITA, DE QVIBVS  
 ECCLESIAE EVANGELICAE  
 in controuersia de Cœna Domini  
 consentiunt vel dis-  
 sentiunt,

*Conscripta per*

D. ZACHARIAM VRSI-  
 NUM, vratislouiensem, 4. Febr.  
 anno 1566.

*Consentiunt in his capitibus.*

PRimum, quòd tam Cœna Domini,  
 quàm Baptismus, sit visibile ab ipso Chri-  
 sto ad promissionem Gratiae annexum pi-  
 gnus & testimonium, in hunc præcipuè fi-  
 nem, vt nostra in hanc promissionem fides  
 confirmetur & corroboretur.

Secundò, quòd in vero Cœnæ vsu, æquè  
 atque in omnibus alijs Sacramentis, duo no-  
 bis à Deo dentur, & à nobis accipiantur, vi-  
 delicet terrestria, externa, & visibilia Sym-  
 bola, vt sunt Panis & Vinum, & præter hæc,  
 etiam Cœlestia, interna, & inuisibilia dona,  
 vt sunt verum Iesu Christi corpus vnà cum  
 omnibus suis beneficijs & cœlestibus the-  
 sauris.

Ter-

414 CAPITA CONTROVERSA

Tertiò, quòd in Cœna non tantùm spiritus Christi, & satisfactionis suæ, iustitiæ, vitæ, virtutis, & operationis, verum etiam ipsius substantiæ & essentiæ veri sui corporis & sanguinis, quòd in cruce pro nobis in mortem traditum, & qui effusus est, efficiamur participes, & eo ipso verè ad vitam æternam pascamur, quòdque hoc ipsum nos Christus hac visibilis huius panis & vini in Cœna Domini, sumptione, docere, nobisq; testatum facere velit.

Quartò, quòd panis & vinum non mutantur in carnem & sanguinem Christi, sed maneat verus & naturalis panis & vinum, quòd item corpus & sanguis Christi non includantur in panem & vinum, ideòque panis & vinum à Christo appellentur corpus suum & sanguis, hoc sensu, quòd corpus ipsius & sanguis non tantùm per hæc significantur & nobis ante oculos proponantur, verum etiam, quòd quotiescunq; nos hunc panem & hoc vinum in vero & legitimo usu edimus & bibimus, à Christo ipso corpus suum & sanguis verè in cibum & potum vitæ æternæ nobis dentur.

Quintò, quòd extra legitimum usum sumptio hæc Panis & Vini non sit Sacramentum, sed nihil, nisi inanis ac frustranea, & qua homines ad iudicium sui ipsorum abutuntur, Ceremonia ac spectaculum.

Sextò,

Sextò, quòd nullus alius sit verus & legitimus Cœnæ vsus, præter illum, quem Christus ipse instituit & seruandum præcepit, hic scilicet, vt hic panis & hoc vinum ad suâ recordationem, & mortis suæ annuntiationem edatur & bibatur.

Septimò, quòd Christus in Cœna sua nequaquam simulatam & hypocriticam, sed talem mandet & postulet suâ recordationem & mortis suæ annuntiationem, quæ passionem & mortem ipsius, & omnia nobis per hæc, impetrata beneficia, vera viuâq; fide, & seria ardentique gratitudine amplectitur, & edentibus bibentibusque, vt propria ipsorum applicat.

Octauò, quòd Christus in solis credentibus, & in illis, qui non ex contentu, sed ex necessitate, ad Cœnam Domini accedere nequeunt, immò etiam in omnibus credentibus, inde vsque ab vltimo mundi principio, non minùs, & eodem modo, in omnem vsq; æternitatem habitare velit, quàm & quomodo habitare vult in illis, qui ad Cœnam Domini accesserunt.

*Dissentiunt in his capitibus.*

Primum, quòd pars altera contendit, oportere verba hæc Christi, *Hoc est corpus meum* &c. *ἡ γὰρ τὸ φῆται* intelligi, quod tamen ipsa illa pars non facit: altera verò, oportere ea-

dem illa verba, Sacramentaliter: secundum naturam omnium aliorum Sacramentorum, secundum Christi & Pauli declarationem, secundum certissimam & infallibilem fidei nostræ Christianæ articulorum regulam & amissim intelligi.

Secundò, quòd pars alteravult, Corpus & sanguinem Christi esse essentialiter IN vel APVD panem & vinum, atque ita comedi, vt vnà cum pane & vino, ex manu ministri, per os sumentium, in corpora ipsorum ingrediat: altera verò, corpus Christi, quod in prima Cœna ad mensam iuxta discipulos accumbebat, nunc non in his terris, sed supra in cœlis, supra & extra visibilem hunc mundum & cœlos esse & manere, donec inde ad iudicium rursus descendat, & tamen nihilominus nos in his terris, quotiescumq; panem hunc vera fide comedimus, verè corpore & sanguine ipsius sic pasci & potari, vt non tantum per ipsius passionem & effusum sanguinem, à peccatis emundemur, verum etiam ipsius vero, essentiali, humano corpore, per ipsius in ipso & in nobis inhabitantem Spiritum, ita copulemur, colligemur, & incorporemur, vt simus caro de ipsius carne, & os de ossibus ipsius, multòq; astrictius & firmitus cum ipso conglutinemur & vniamur, quàm corporis nostri membra cum capite nostro vniuntur, atque ita vitam æternam in



in ipso & ex ipso hauriamus & habeamus.

Tertò, quòd pars altera vult, omnes, quicunque ad Cœnam Domini accedunt & panem illum vinumque edunt & bibunt, siue sint fideles, siue infideles, etiam corporaliter & oraliter edere & bibere carnem & sanguinem Christi, fideles quidem ad vitam & salutem, infideles autem ad iudicium & mortem: altera verò, infideles externis quidem symbolis, pane & vino, ad sui ipsorum iudicium abuti: corpus autè & sanguinem Christi à solis fidelibus ad vitam æternam, per veram fidem, & supradictam Spiritus Christi operationem, edi & bibi posse.

*Qui verò τὸ πρῶτον verborum, oralem manducationem piorum & impiorum tuentur, illi in sequentibus hisce capitibus variè inter se ipsi dissentiunt.*

Primum enim Heshusius & alij contendunt, oportere verba Christi præcisè κατὰ τὸ πρῶτον, absque vlla declaratione intelligi, itavt Panis hic sit essentialiter ipsum verum, naturale, & essentialiter Christi corpus.

Contra hos contendit Illyricus, non panè, sed illud, quod CVM, vel IN, vel SVB pane, manu ministri invisibiliter porrigitur, esse, & à Christo suum appellari corpus, & vocabulo HOC indicari & intelligi.

Secundò, Paulus Eberus & Nicolaus Selneccerus vehementer pugnant, Christum vocabulo HOC nihil aliud, nisi visibilem panem & vinum intellexisse, & corpus suum & sanguinem appellauisse.

Contra hos contendunt nunc Theologi VVirtembergici, nequaquam panem & vinum tantùm, sed panem vnà cum corpore, & vinum vnà cum sanguine, corpus & sanguinem Christi appellari, & vocabulo HOC intelligi.

Tertiò, scribit Paulus Eberus, ante & post sumptionem, nihil, nisi panem, præsens illic esse, nec velle Christum corpore suo præsentem esse, extra usum.

At contra volunt Theologi VVirtembergici, Christum non in hoc solùm pane, verùm etiam in omnibus alijs panibus semper corpore suo esse præsentem; discrimen autem præsentix in eo solo consistere, quòd in hoc pane manducandum se præbeat, in alijs non.

Quartò, improbat, rejicit, & refutat copiosè ac prolixè Vbiquitatem corporis Christi Paulus Eberus, disputat etiam contra eandem Nicolaus Hemmingius: faciunt quoq; idem <sup>a</sup> Selneccerus, Kemnitius, Mörlinus, & Theologorum Ecclesiarumq; Euangelicarum maior pars. Defendunt autem eam Theologi VVirtembergici & Marbachius.

*a Nunc autem defendunt eam & si omnis generis sophismatibus.*

Quintò,

Quintò, Eberus, Kemnitius, Heshufius, & quicumque in Saxonia corporalem Christi in pane præsentiam & manducationem tuentur, nullam aliam eius probationem ac fundamentum admittunt & requirunt, nisi hæc tantùm Christi verba, *Hoc est corpus meum*. Contrà plurimis in locis scribunt Iohannes Brèntius & Iacobus Andreæ, nisi recipiatur & admittatur Ubiquitas, non posse corporalem præsentiam & oralem manducationem defendi. Verba enim Christi, discrimen solummodò constituere inter hunc & alios panes, quòd scilicet, vna cum hoc pane comedatur corpus Christi, cùm alijs panibus non comedatur: quòd verò Christi corpus, in hoc & alijs panibus sit præsens, & non tantùm spiritualiter, verum etiam oraliter IN & CVM hoc pane comedatur, non posse, nisi ex vnico hoc Maiestatibus (sic enim ipsi appellant Ubiquitatem) fundamento demonstrari & obtineri.

*b Nunc autem hi & alii berDiscordia præter hoc fundamentum, etiam tria alia ponunt, quorum alterum altero est nihil melius, immò quæ se mutuo, & simul oralem manducationem corporis Christi in pane evertunt.*

Sextò, probat ac demonstrat Eberus multis & firmis ac solidis argumentis, eos, qui palàm in Deum sunt blasphemæ, & Dei contemptores, vel etiam Epicurei hypocritæ, cùm ad Cœnam Domini accedunt, nequaquã Christi corpus, sed nihil, nisi panem, manducare. Contra hunc scripserunt nominatim, VVigãdus, Iudex, Museus, qui cõtendunt, quòd promiscuè & sine vllò discrimine oës impij,

420 CAPITA CONTROVERSIAE  
quicumque panem Coenae comedunt, etiam  
corpus Christi comedant.

Septimò, Eberus, Selneccerus, & alij da-  
mnant & reiiciunt Adorationem seu cultum  
Christi in pane, vt summam & abominan-  
dam idololatram.

VVestphalus & nonnulli alij contendunt,  
Christum in pane adorari debere.

INDEX





K R O N I

INDEX PRAECIPVORVM  
in hoc Catechismo tractatorum  
Capitum.

A.

Articuli Fidei Christiana.

pag. 41.

*Symbolu 42*

B.

Breuis institutio & summa doctrina Chri-  
stiana. 7

D.

De Deo Patre.	fol. 45
De Deo Filio.	54
De Deo Spiritu sancto.	92
De Sacramentis.	111
De Baptismo.	116
De Cæna Domini.	126
De Clauum potestate & officio.	150
De Precatione, cur ea Christianis sit neces- saria.	219
De Precibus Ecclesiasticis.	252
De Visitatione agrotorum.	308
De Christianorum nomine. Censura. 1.	334
De Christi cõdemnatione sub Pilato. Cen- sura 2.	342
De vero intellectu Adscensionis in caelos. Censura. 3.	348

I N D E X

- De Christi presentia in sua ecclesia. Censura. 4. 356
- De diuulsione Personae Christi, Censura. 5. 358
- De sessione ad Dextram Dei. Censura. 6. 362
- De Sacramentis, quid ea sint. Censura. 7. 366.
- De Ablutione Peccatorum in Baptismo, Censura 8. 369
- De Baptismo & eius fructu ac efficacia. Censura 9. 374
- De questione, Quid sit caena Domini, Censura 10. 377
- De Quaestione, Quomodo edatur corpus Christi. Censura 11. 380
- De sensu verborum, Hoc est corpus meum. Censura 12. 382
- De Quaestione, Cur Christus panem appellet suum corpus, & vinum sanguinem suum. Censura 13. 384
- De partibus Pœnitentiae Christianae Censura 14. 386
- De prohibitione Imaginum, & an illa in templis, ut Laicorum libri, sint ferenda. Censura 15. & 16. 387 & 389
- De Iuramento. Censura 17. 392
- De Precatione. Censura 18. 396

Forma

I N D E X.

E.

- Forma administrandi Baptismi. 270  
 Forma administranda Cæna Domini. 287  
 Forma inaugurationis nouorum coniugū.  
 299

I.

- In quibus capitibus Ecclesia Euangelica  
 in controuersia de Cæna Domini con-  
 sentiant vel dissentiant. 413. & 415.

L.

- Lex seu decem Dei præcepta. 165 & 166.  
 Loca seu dicta Sacra Scripturae de unius-  
 cuiusque in sua uocatione & uita gene-  
 re, officio. 245

P.

- Pars prima de Hominis miseria. 15  
 Pars secunda de hominis liberatione. 24  
 Pars tertia de Gratitudine. 155  
 Precatio Dominica, quam nos Christus ipse  
 docuit. 225  
 Parænesis præparatoria ad Cænam Domi-  
 ni. 282  
 Precatio apud ægrotos. 315  
 Precatio apud agentes animam. 318

I N D E X.

<i>Precatio apud agrotos.</i>	315
<i>Precatio apud agentes animam.</i>	318
<i>Precatio matutina.</i>	319
<i>Precatio vespertina.</i>	322
<i>Precatio ante cibum.</i>	323

Q.

<i>Quæstiones, quæ proponuntur iunioribus, &amp; alijs, qui primùm ad Cœnam Domini accedunt.</i>	325
<i>Quæstiones, &amp; his aliæ vicissim opposita quæstiones de Cœna Domini.</i>	403

R

<i>Responsio ad quorundam Theologorum de S. Scriptura testimonijs ad Catechismi Heidelbergensis marginem annotatis Censuram.</i>	333
--	-----





TABELLA INDI-  
cans, quota pagina, quæque Catechi-  
smi Lectio, quæ diebus Domini-  
cis publicè in templo recita-  
tur, inuenienda sit.

<i>Lectio</i>	}	<i>pag.</i>	}	1	7
				2	24
				3	54
				4	80
				5	104
				6	126
				7	155
				8	196
				9	219
				10	245

TABELLA INDICANS, quanta pagina, quisque Catechismi contextus, qui diebus Dominicis pro concione explicatur, inueniendus sit.

	1		7
	2		15
	3		17
	4		19
	5		24
	6		29
	7		36
	8		42
	9		45
	10		49
	11		54
	12		56
<i>Contextus Dominica,</i>	13	<i>pag.</i>	62
	14		64
	15		70
	16		73
	17		78
	18		85
	19		88
	20		92
	21		94
	22		101
	23		104

Conte.  
xtus Do-  
minica.

24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52

pag.

109  
111  
116  
121  
126  
136  
142  
150  
155  
160  
171  
179  
186  
189  
192  
196  
220  
207  
209  
212  
215  
219  
226  
228  
234  
236  
237  
239  
241

NEOSTADII IN PA-  
latinatu, excudebat *Matthaus*  
Harnisch.



ANNO

CLC. IC. LXXXV.



# PROSE

THE PROSE OF THE  
MIDDLE AGES  
BY  
J. H. M. SMITH  
LONDON  
1912

THE PROSE OF THE  
MIDDLE AGES  
BY  
J. H. M. SMITH  
LONDON  
1912

A 150 1045

